oriens. Ies. IX, 11: אַמְּדָה בְּמִזְרָחִים וְבְמִזְרָחִים et Philistaei ab occidente. (LXX. ἡρὶς ἡλίου δύσην). Chald. et Syr. מִזְרָחֶם. Potest tamen h. l. retineri a tergo). Semel monemus, Orientales in designandis coeli plagis faciem ad orientem convertere, ita ut a tergo sit occidens, a dextra austera, a sinistra septentrio. Kinnehius: לְפִי שְׁמַדְבִּים הָם כִּי בַּיִת הָאָדָם אֶל כִּי תְּרוֹת הַשְּׁמֶן וְעַל סְדָר דֵת נִקְרָאוּ דָרוֹב וְגַיִן וְבָזָן שְׁמַאֲלָה וְעַד בְּסִיר ventus posterior i. e. occidentalis, de oriente קָדֵם, de septentrione קָדְרָה, de australi plage קָרְנוֹן, arab. قَرْنَى, de septentrionali קָשְׁבָּה, arab. قَسْبَّة. Vid. C. B. MICHAELIS diss. de locorum differentia ratione anticae, posticae, dextrae, sinistrae, Halae 1735. 4. recusa in Musco Duisburgensi I, 1, 93 sq. et in Port Syllage Comment. V, 80 sq. §. 8. Landeni rationem sequuntur Indi, solem orientem adorantes, quibus oriens vocatur *Pura* vel *Purra* i. e. pars anterior, occidens *Apara* et *Taschima* i. e. pars posterior, austera *Dacschina* i. e. pars dextra, septentrio *Vama* i. e. pars laeva (v. WILFORD, in Asiatic Researches VIII, 275. ed. Lond.); Mogoli (v. SCHMIDT *Forschungen üb. d. Mongolen* p. 56 sq.); adeoque Hiberni, apud quos *oirtheair* est pars antica et orientalis, *jar* pars postica et occidentalis, *deas* dextera et meridionalis, *tuath* polus articus a *thuaidh*, manus laeva. (V. *Essay on the antiquity of the Irish language*, Dublin 1772. 8.) Aevidentur etiam augures romani, qui dextras partes ad meridiem, laevas ad septentrionem esse dicebant (Liv. I, 18), secus atque Gracci, quibus dextra pars ad ortum spectabat, hac in re Orientalium quandam disciplinam secuti esse.

3) *tempus posterum, futurum.* רַחֲנָן in posterum.  
Jes. XL, 23. XLII, 23.

**אַחֲרֶי** chald. i. q. hebr. *post*, unde Dan. II, 29, 45. Vide **אַחֲרָה** hebr. no. 4. fin. Cum Sull. **אַחֲרָה** Dan. VII, 24. Auctor libri Danielis hanc vocem ex Hebraismo retinuit. In purore enim Chaldaismo dicendum erat.

**אַחֲרָה** fem. **אַחֲרִיתָה** (ab **אַחֲרָה** cum terminatione adiectivorum **תְּ**) 1) *posterior*, opp. *priori*, *superiori* (**אֶלְקָנָה**), sive *ratione ordinis* Exod. IV, 8. Deut. XXIV, 3. Ruth III, 10, sive *ratione loci* Gen. XXXIII, 2, unde

pro occidentali (v. רְגֵד no. 2). הַמִּזְרָחָה mare posteriorius i.e. occidentale, mediterraneum (cui opp. מִזְרָחָה orientale i.e. mortuum) Deut. XI, 24; XXIV, 2; Joel II, 20; Zach. XIV, 8. — 2) posterus (vel si mavis poster), postera, posterior. הַמִּזְרָחָה גָּדוֹלָה etas futura Ps. XLVIII, 14; LXVIII, 4, 6; CH, 19. הַמִּזְרָחָה גָּדוֹלָה tempus posteriorum Prov. XXXI, 25; Jes. LXIX, 8. הַמִּזְרָחָה גָּדוֹלָה Jes. VIII, 25 (IX, 1) id. Plur. הַמִּזְרָחָה posteri Job. XVIII, 20; Jes. XI, 4; Eccles. IV, 16. — 3) postremus, ultimus, novissimus. Nehem. VIII, 18; Jes. XLIV, 6; גָּדוֹלָה רְאשָׁנָה ego et alii Aramae. ego (Deus) primus sum idemque postremus; XLVII, 12. 2 Sam. XIX, 12, 13; Job. XIX, 25: הַמִּזְרָחָה קָוָם כְּבָדָל, et postremus in pulvere stabit (vindex mens) i.e. postremo, tandem in terra comparebit Deus vindicta. 1 Par. XXIX, 29: הַמִּזְרָחָה כְּבָדָל res gestae Davidis regis primiae et postremiae s. priores et posteriores. 2 Paral. XII, 15; XVI, 11; XX, 34; XXV, 26; XXVI, 22; XXVII, 26; XXV, 27. — (Apud Syros respondet מִזְרָחָה et מִזְרָחָה postremus, apud Arabes מִזְרָחָה, it. مَسْتَخِرَةً, unde Plur. مَسْتَخِرَاتٍ posteriori).

Feni. מִזְרָחָה adv. postremum. Dan. XI, 29: ut primum ita etiam postremum. It. מִזְרָחָה Deut. XIII, 16; XVII, 7. 1 Sam. XXIX, 2. 2 Sam. II, 26. 1 Reg. XVII, 13; Dan. VIII, 3; et מִזְרָחָה Num. II, 31; Eccles. I, 11 in fine, postremo. Syr. لَمْ يَمْلُمْكُمْ إِنْ كُمْ مُّدْعَىْ إِنْ كُمْ مُّدْعَىْ id.

**חַדְרָאָה** (pro תְּהִרְחָה post fratrem) N. pr. filii Benjamini natu tertii. 1 Paral. VIII, 1.

**חַדְרָאָה** (pone pomocrium sc. natus) N. pr. viri e tribu Iuda. 1 Paral. IV, 8.

**חַדְרִיָּה** chald. adj. *alias*, vel potius *alia*. Iungitur enim femininis *חַדְרִיָּה* regnum, *חַדְרִיָּה* bestia, *חַדְרִיָּה* comm. Dan. II, 39; VII, 5, 6, 8, 20. Tunc, feminini generis nota, abiectum est per Apocopen, ut *חַדְרִיָּה* pro *חַדְרָאָה* exercitus, *חַדְרִיָּה* pro *רַבִּיה* lucrum. In Targg. est *חַדְרָאָה* alias, et per apharesin *חַדְרָאָה* Deut. XXVIII, 32 Pseudojon. *חַדְרָאָה* alia Gen. XXVI, 21, 22.

**חַדְרָאָה** chald. Dan. IV, 5: אַתָּה רְגֵד vel. sec. Keri רְגֵד אַתָּה ut usque ad postremum i.e. postremo, tandem, ut *אַתָּה* *אַתָּה*, ut saepe particulae in Chaldaismo, unde male int. hebr. Ch. Quae sit ratio syllabae *חַדְרָאָה* vel *חַדְרָה*, in quam exiit vocabulum, subobscurum. Similiter cum pro antiqua Pluralis nota habere videtur, coll. *חַדְרָאָה*, *חַדְרָה* (i. q. *חַדְרָה*), *חַדְרָה*, *חַדְרָה*, *חַדְרָה* (adde dualem Syrorum in *חַדְרָה*), ut *חַדְרָאָה* pr. valcat *subsecutiones*; malo tamen *חַדְרָה* pro terminacione adiectiva habere, ut *חַדְרָה*, *חַדְרָה*, coll. syr. *חַדְרָה* in *חַדְרָאָה*. In Targg. hanc forma non exstat.

**אֶחָדָה** f. (opp. אֶתְנָהָה) 1) pars postrema, extrema, finis. Ps. CXXXIX, 9: בְּצָרְבָּהָה ad extremum (remotissimum) mare, — 2) tempus extremum, finis Deut. VIII, 19: בְּצָרְבָּהָה in fine irae i.e. indicij divini. Vt. 23; XII, 8. It. extrema sors aliquis Job. VIII, 7; XII, 12; Jerem. I, 19; Prov. V, 11. It. eventus, exitus. Prov. V, 4: גָּדוֹלָה אֶחָדָה וְכָלְבָּהָה et exitus eius (multo usq. adulterio) est amarus i.e. ultima sors cornu, quos seduxit. XXIII, 32. קָוָם שְׂמָךְ אֶחָדָה et exitus eius (vini) instar serpentes moriet i.e. quando vinum ebrietatemque sequuntur. XIV, 12, 13; XVI, 23; XXIX, 21. Nonnunquam זְאָה עַזְבָּה de eventu felice. (Syr. לְפָנָה finis, exitus, maxime felix). Prov. XXIII, 18; XXIV, 14; Jerem. XXIX, 14; Ps. LXXVII, 37; — 3) tempus postremum, futurum. Jes. XLVI, 10. Frequentissima in vaticinis, maxime messianis, est locutio בְּצָרְבָּהָה diebus futuris. Gen. XLIX, 1; Num. XXIV, 14; Jes. III, 9; Jerem. XXX, 23; XLVIII, 47; XLIX, 1; Ezech. XXXVIII, 8. — 4) posterius, posteri. Ps. CIX, 13; Jerem. XXXI, 17; Dan. XI, 4; Amos IV, 2; IX, 1.

**אֶחָדָה** fem. chald. i. q. hebr. no. 3. Dan. II, 28: אֶחָדָה diebus futuris. De temporibus Messiae agitur, quare etiam verti potest in fine dierum. Ex Hebraismo potita est phrasis, Chaldaici enim germani *חַדְרָאָה*, quod in Targg. rarissimum est (Prov. XXV, 8, 9), reddunt *חַדְרָה*.

**חַדְרָה** chald. m. *alias*. Dan. II, 11, 41; III, 29; V, 17; VII, 21. Cf. sub *חַדְרָאָה*. In Targg. est *חַדְרָה*, *חַדְרָה*, *חַדְרָה*, in dial. Hieros. *חַדְרָה*, unde Sam. *חַדְרָה*, חַדְרָה et periphrasis.

**חַדְרָה** (formae *חַדְרָה*) adv. retrosum Gen. IX, 23; 1 Sam. IV, 18; 1 Reg. XVIII, 37; 2 Reg. XX, 10, 11; Jes. XXXVIII, 8. Pr. est fem. adiectivis inusitatim *חַדְרָה*. I. potius *חַדְרָה*. Adiectiva cum in *חַדְרָה* ita moventur, ut in feminino adscendant *חַדְרָה*, *חַדְרָה* cf. *חַדְרָה* Plur. fem. *חַדְרָה* cf. *חַדְרָה* quidam, quaedam, et *Lehrgeb.* p. 516, not. Num servile est dagessatum, ut in *חַדְרָה* vel *חַדְרָה*, *חַדְרָה*.

\* **אֶחָדָה** m. pl. Esr. VIII, 36; Esth. III, 12; VIII, 9; IX, 3; satrapae, provinciarum maiorum praefecti

Atqui biblium noinem קְרָדְשָׁהָן veterum Persarum *Satrapam* esse, nos quoque pro certo habemus: וְהָן vero minime videtur vocabulum peculiare et praescium, sed Hebrei sonum formae zeduciae vel phleieviae *Khschattrap* accurate expressuri litterae Scholia praefixerunt וְ cum Aleph prostheticō, cuius rei similia exempla habes שְׁרָדְשָׁהָן et גְּרָדְשָׁהָן. Atque durioris illius, quam positimus, formae praeceptor analogiam duo vestigia extant. Primum est in etymo, quod cum *Bouleus* in litteris ad nos datis quaerimus in sacerdanicō *Khschattrapati* ordinis bellici dominus, alterum in forma gracia apud *Theocomopim ἔσαρπης*, que hebraicæ accurate respondet, et itidem litteram prostheticam adsumit. Pro duris litteris *khsch* Gracci posuerunt §, ut in *Wœrocksche, Waracksche Araxes* (*Ansoeiri* in *Mémoires de l'Académie des inscript.*

XXXI, pag. 367), *Kschersche Xerxes*, recentiores Persae a durioribus sonis alienissimi pro *ksch* et *tsch* س و ت و cf. zend. *khschetrā*, postea *schetrao* rex; *Tošān* zend. reotschen pers. وشنها lucida, *Khschēto* lucidus, شش; *khschēf* nox شش; *khschouesch* sex, شش. Ita *Kschatrap* ستراب, *Satrapes*, *Arexes* hodie Arās. Hebraeos duriorem illum sonum *ksch* expressisse شه, alio praeterea exemplo docemur, nimirum שָׁׁבְּתָׁהָרָא pro *Art-kschetro*. Vide s. h. v. Quod ad syllabam شه attinet, quam habes etiam in *בִּרְכָּתָהָרָא*, haec aramaeac est originis, in qua dialecto ea magnopere frequentatur (cf. אַגְּבָתָא, Agbatana), nisi forte est nota Pluralis linguae persiae veteris et recentioris a Chaldaicis Hebreisque veram eius vim ignorantibus servata, simili vitio, quam quo nostrates dicunt *l'Alcoran*, der *Alcoven*. Aliud etymon, ac supra propositum, dedi *ANQETUL DU PERRON* (*Mémoires de l'acad. des inscript.* XXXI, Zend-Avesta Kleukeri II, p. 82) *Satrapum* ducens pehlevico *Satterpae* i. e. coelum stellarum fixarum, quod coelo solis ac planetarum inferius esse putatur, regunque vicarios ita dici observans, ut opponantur regibus, qui *Korschidpa* i. e. coelum solis, idque superioris, appellantur. — LXX. σατράπης, in lib. Esth. σατραπῆς, Theod. Dan. שָׁׁבָּתָּא. Vulg. *satrapae*, raro *principes*. Syr. Esr. شَّبَّاتْ, Esth. Dan. شَّبَّاتْ.

**אֲדֹשֶׁר-בָּנִים** chald. m. plur. i. q. hebr. prae*c.*  
Dan. III, 2. 3. 27. VI, 2. 3. 4. 7. 8.

\* **אַחֲשָׁרוֹשׁ** Achashwerosch, Xerxis nomen in V. T. Esra IV, 6 (v. not.). Esth. I, 1. 10. 16. 17. 19. II, 1. 12. 16. 21. III, 1. 6. 7. 8. 12. VII, 5. VIII, 1. 7. 16. IX, 20. 30. X, 1. 3, quod praeterea patri Darii Medi i. e. Astyagi tribuitur Dan. IX, 1. Quod ad nominis etymon attinet, plurimi illud compositum putant ex שְׁנָה

آخر (v. sub **بَرْشَانَ**) et alio vocabulo *principem* notante. Ac Jo. SIMONIS confert **بَرْشَانٌ** *baruschan* *princeps, nobilis* (Onom. V. T. p. 58o), Jo. JAHN (*Einführung in das J. T.* 299) *zendentum Feretschao* qui multum facit, fortasse qui magna patrat (*Zendavesta ed. Kleuker III*, p. 313) et alibi verosimilis *pellecicum Zwaresch heros* (*Archäologie II*, p. 171), *ILGENIUS* (ad Tob. p. 130) *persium* **أَرْسَنْ** *ärasten ornare*, ita ut **רַשָׁתָן** (**שְׁפָתָן**) (Esth. X, 1 Chethibh, quam formam est genuinam et primitivam esse censet, coll. syr. **مَهْدَفٌ**, arab. **مَهْدِيٌّ** (**مَهْدِيَّ**)).

sit gloria ornatus. Similem ipse olim secutus sum ratione-  
num (*Hall. Encyclopädie* s. v. *Abasverus*) cum *LUDOV.*  
*de DIEU* (ad *Esth.* I, 1), *WAHLIO* (*Mitgazin f. alte  
bes. orient. Literatur* I, 105), *BOULENIO*, *ROSENTHELLERO*  
aliquisne. Et enim **אַבְשָׁרִים** persice **אַחֲשָׁרִים** scriptum

fuisse censem, ab **אַחֲרָנָה** cum syllaba **וְאַחֲרָנָה** **war**, quae ubi nominibus abstractis affligitur ea reddit concreta possessio remque indicat v. e. **חַנּוּרָה** animal habens, **בְּגִזְעָרָה** nomen habens, celeber, et terminazione **שׁ esch** in vocabulis bibliis et Persia oriundi frequentiore, ut in **שְׁמַרְתָּה**, **שְׁמַרְתָּה**, **שְׁמַרְתָּה**, cf. Herodot. I, 139.

At mutanda fuit sententia, postquam vera et geminata nominis *Xerxes* orthographia e tenebris emersit. Etenim in inscriptionibus Persopolitaniis ap. NIENBURG, II, pl. 24 g, hoc nomen indagavit GROTEFENDI nostri sagacitas (v. HEEREN'S *Ideen* I, 2 tab. IV) ministrum ita scriptum



quae litterarum explicatio mirifice confirmatur alio quodam monumento persico - aegyptiaco in Parisensi volumen antiquariorum collectione assertato, quod descripsérunt ST. MARTIN (Journal asiatique III, p. 85 sq.) et CHAMPOILLIONI JUJU (Précis du système hiéroglyphique, Tableau général tab. 7. p. 24, ubi tamen inscriptio persica lithographiā hanc dubio errore inverso ordine exhibita est). Incipit enim haec inscriptio vasculi alabastri, pariter atque illa persepolitana, a nomine *Xerxis* ter litteris cuniculoribus (persice, medice et assyriac), semel hieroglyphis phoneticis scripto, ita quidem ut inscriptio persica (quam Martinus paulo alter atque GROTEFENDI explicat *Khschearseha*) prorsus concinat cum persepolitanā. Inscriptionem medicam MARTINIUS legit *Ahasverus*, assyriacam *Khscheschersch* (quod hanc dubie a dialectorum varietate repetendum est), aegyptiaca vero, quae hacc est



secundum litterarum valorem satis concordat cum persica, videlicet sec. CHAMPOILLIONEM legenda **خَلِيلَةَ إِنْدَرَ** **سَهْلَانْيَشَ**. Nimirm *loti caulis* significat literam **خ** s. **ن**, **arboretum**, quod secundum sextu[m] locum occupat, literam **س**, **duae pennae** literam **ه** et **ز**, **avicula**, quae tertio et septimo loco est, literam **أ**, **leo cubans** literas **ذ** et **ڻ**. V. CHAMPOILLION I. c. Alphabet harmonique tab. A. D. I. Tae vero, de quarundam litterarum valore disputari posse (re vera enim eximie placet novissima conjectura Grotfendii legentis KH. SCH. W. E. R. SCH. E, ita ut tertia litera paululum dubia non aspirationem solum valeat, sed interdum etiam litterarum **ه** **اء** et **ڻ** vices

explicat, id quod egregie illustratur nomine *Darheusch* hebr. **דְּרֵשׁ** scripto), in universum nemo facile negabit, nominis persici in monumento persepolitano interpretationem GROTEFENDIO debitam, novo hoc Parisiensi invento egregie confirmari et a dubitationibus vindicari.

Est igitur Hebracorum **שְׁמַרְתָּה** nihil aliud atque veterum Persarum *Khsch-wersche* cum Alephi prostheticō, et syllabae **שְׁמַרְתָּה** eadem est ratio, quam paulo superioris in vocabulo **שְׁמַרְתָּה** vidimus. Quandoquidem vero tercia vocis littera (**h** vel **j** et **w**) admodum lenis erat pronuntiationis, ea omissa Hebrei etiam scribere poterant **שְׁמַרְתָּה** (Esth. X, i Chethibh), Syri et Arabes **شَمَرَتَه** (v. supra). Gracci pro *Khsch* veterum Persarum **ش** substituerunt **شְׁ** **غַ** **שְׁ** scribabant.

Quod ad *clymon* vocis zendicas attinet, id commode in medio relinquere poterimus: milii tamen probabile, *Khschwersche* vel *Khschhersche* dictum esse pro pleniore *Khschher-khschichoh* i. e. **شَهْرَ شَهْرَ** *leo rex*. Reete cuius RILLENDUS (dissert. II, p. 260): „Amant reges orientales, reges bellicos *leones* dicere. Ita **شَهْرَ** i. e. *leo* dictus fuit imperator tertius decimus ex dynastia Seldschukidarum et alii. Nuperus rex nobilissimae insulae Selan appellabatur **شَهْرَ** *Radscha Singa* i. e. *Rex Leo* Singalacis et Malacis, quod ipsum Xerxes exprimit.“ Cf. sub **شَهْرَ** rad. **شَهْرَ**. Fuerunt quoque, ut RICHARDSONIS in Lex. pers., qui **شَهْرَ** *a خسرو* (*Kosroës*) derivatum existimarent, neque utrinque nominis congruentiam negamus; videtur tamen **شَهْرَ** potius ab antiquo illo nomine derivari, quam contra. LXX. **Ἄσσουνθος**, sed in lib. Esth. **Ἄστραξενθης**, Vulg. *Assuerus*.

**Not.** *Ahasverus*, de quo Esr. IV, 6, propter temporum rationes Cambyses esse debet (v. J. D. MICHAELIS ad h. l.), et qui cum excipit, *Artachschasta* Pseudo-Sinrides: quo posito consequitur, utrumque hoc nomen tanquam titulum honoris et epitheton praeter Xerxem et Artaxerxem Graecorum alios etiam regibus tributum esse: nisi locus iste depravatus aut ab ipso scriptore in regum serie erratum est. *Ahasverus* autem, Estherae uxor, cuius incepit et seclerat gesta liber ab ista regina nominatus erat, quis fuerit disquisitum interpretes omnes ferre Mediae Persiae reges a Cyaxare I. usque ad Artaxerxem Longimanum in subsidium vocarunt, ut *Astyagem* (PRIEDEAUX), *Cyaxarem II* (MARSAM), Cambysesem (KOHLREIFF chronol. s. P. II. c. 13), Darius Hystaspis s. (USSERII Annal. ad a. 4193. CALMET dictionn.), Artaxerxem Longimanum (MITRAELIS in not. ad Esth. I, 1), quae postrema sententia LXX interpretum et JOSEPHI (Archaeol. XI, 6) autoritate commendatur. Praeante tamen SCALIGERO (de emendat. temp. lib. VI) longe plurimorum in Xerxem inclinavit animus (v. PFEIFFERI dubia vexata p. 483. L. J. C. JESTI über den König *Ahasverus im B. Esther*, in EICHORNII Repertorio T. XV, et in auctoris sylloge: *Neue Abhandlungen über wichtige Gegenstände der theolog. Gelehrsamkeit* I, p. 38 sq. JAHN introd. in V. T. rel.), eaque sententia tum nominis

congruentia commendatur, tam eo quod Xerxis ingenium, quale ab Herodoto adumbratur, cum Alhasveri, hominis non magis crudelis quam stulti imbecillique, moribus prorsus concordat.

\* אֲחַשְׁרָת vel אֲחַשְׁרָת i. q. praece. Esth. X, 1 Chethibh. Vide paulo superioris dicta.

\* אֲחַשְׁרִי N. pr. viri ex posteris Iudeae 1 Paral. IV, 6, persicæ, ut videtur, originis, ni fallor *mulio*. Vide sequens vocabulum.

\* אֲחַשְׁרָתְּנִים Esth. VIII, 10 *mulio*. Additur per epexesim אֲחַשְׁרָתְּנִים *sili equarum*. Plurisque composita videtur vox ex pers. אֲחַשְׁרָתְּנִים et אֲסֵטָרְנִים *mulius*, adiecto אֲשֶׁר, ut in בְּמִזְבְּחָה אֲשֶׁרְנִים (cf. אַסְטְּרָה in Vers. pers. Gen. XXXVI, 24 pro hebr. יְרִיבָה), ut sint *mulii praestantes*: LORENTZIUS (*Archiv für morgenländische Literatur* II, p. 262) ex pers. אֲשֶׁר *Aga* i. e. cursus publicus, *Post, messagerie*, et אֲסֵטָרְנִים, ita sint *mulii regii*, cursui publico adhibiti. Prius illud praeferreri (et olim re vera practulii), nisi obstante de אֲחַשְׁרָתְּנִים superioris dicta. Coniicito igitur ex antecedentium vocabulorum analogia, pro שְׂתִּים veteres Persas dixisse *schatar* vel *khschatar*, canique ob causam Hebreos litterae sibilanti præclivissim *ה* cum Aleph prostheticæ. LXX. Vulg. Syr. omittunt. *Mulos* interpretatur ABEN ESSA, *camelos magnos autem R. SALOMO*, quantumvis repugnantibus verbis. Contulit is, vel quicunque ei hanc sententiam præcivit, persicum אֲשֶׁתְּנִים *üscitur* camelus. Targ. prius pro *הַרְבַּת* האשחרנים אֲשֶׁתְּנִים *רְבָּנִים* habet *רְבָּנִים*, sed cum BOCHARTO (*Hieroz.* I, p. 237) ex altero rescribendum est אֲשֶׁתְּנִים *רְבָּנִים* *רְבָּנִים* *רְבָּנִים* *רְבָּנִים*. Volunt fuisse nudos, non cataphractos et phaleratos, ut expeditius currenter. Vide BOCHARTUM l. c.

תְּמִימָן una, v. תְּמִימָה.

תְּמִימָן rad. inusit. Arab. أَمْيَمَنْ firmavit, stabilivit, sec. Kamsum. Unde

תְּמִימָן m. *rhamnus*, a firmitate radicum dictus. Indd. IX, 14, 15. Ps. LVIII, 10. תְּמִימָן *area rhamni*, n. pr. loci transjordanensis Gen. L, 10, 11. Arab. أَمْيَمَنْ id., ita tamen ut usitatus sit synonymum *عُوسِج*. Loem. fab. 22. Syr. תְּמִימָן Vers. syr. I. l. c. e. Chald. Plur. תְּמִימָן ap. Onk. Gen. III, 18 ubi *כִּזְבָּן* *כִּזְבָּן* *כִּזְבָּן* pro hebr. תְּמִימָן *תְּמִימָן* *תְּמִימָן*. Pseudo-Jonath. תְּמִימָן, atque sic Jonath. Hos. X, 8, cf.

ap. Nasoracos: כּוֹבָא וְאַתְּמָמָן (STAEUDIN's *Beytr.* V, p. 16). Punicam quoque fuisse vocem intelligimus ex auctario Dioscoridis, nibi glossator: *Pīquos, Ἀρρούτ, Αὐαδίν* (דְּתָמָן). Omnia vero haec herbarum vocabula, quac africana mincipiat iste glossator, punica id vero est semitica esse ostendit BOCHARTUS geogr. sacrae II, lib. II, c. 15. Cacterum de rhamno vide CELSIUM in Hierobot. T. I. p. 199—209, eiusque iconem apud Prosp. Alpinum de plantis Aegypti pag. 21.

תְּמִימָן rad. inusitata. Apud Arabes أَمْيَمَنْ fut. I. est:

*lenem sonum edidit*, et usurpatur de *stridore sellae camelinae* hand satis adstrictæ, de sono gemebundo camelii præ lassitudine onerisque gravitate (Har. IV, 44. Schult.), de *murmure ventris inanis et famelici ect.* gr. τριχέων, nostr. *knarren, knurren, أَكْنَرَنْ* et أَكْنَنْ it. *أَكْنَنْ* sonus est modo descriptus. Hinc apud Hebreos 1) *murmuravit* v. تְּמִימָן no. 1; 2) *murmuravit rivos, leniter fluxit* (v. Jes. VIII, 6); 3) *leniter incessit et egit*. Translatum est vocabulum a sono ad fluxum, a fluxu ad incessum, cf. *לְבָבָם*.

תְּמִימָן subst. m. 1) *murmur*, gemitus et abstr. pro concreto *murmurans* i. e. الرَّغْبَاعِيَّاتِ, ventiloquins (v. sub تְּמִימָן), murmur vocis artificiosæ manum vocem imitari solitus. Plur. *תְּמִימָן* Jes. XIX, 3, non sine acerba horum præstigiorum credulaque plebis irrisione die *Knurrer*. ABULWALIDES: ما يبعد عندي أن يكون مجانس لقونة العرب للسموت الالبيط كل صوت يشبه صوت البرحل الجديد على معنى وهو ما كان في ناره كيدل والمعنى أنهم اصحاب الواب واصيف الابل اثنينيما *mihi probable est, hanc vocem cognitam esse arabicae, quae varios sonos notat similes stridori, quem sella camelina nostra edere solet, ita ut* *تְּמִימָן* coll. Jes. XXIX, 4 necromantiae peritos transtulerim; *النبيط* vero de camelo usurpatum murmur gemutum eius significat. — 2) *murmur (rivi)*, *fluxus leuis*. Jes. VIII, 6: *בְּנֵי תְּמִימָן אֲגַתְּנִים* aquæ Silvae euntis cum levi murmure i. e. lente, leniter. — 3) *leuis incessus, unde تְּמִימָן, تְּמִימָן, تְּמִימָן* adv. *leniter, lente, sensim pedetentimque*; velut de leni lentoque incessu lugentis 1 Reg. XXI, 27, gregis Gen. XXXIII, 14: *וְתַּמִּימָן אֲגַתְּנִים* egoque incendam secundum lenitatem *l. commoditatem meam* i. e. consumat, nach meiner Gemälichkeit, *allgemeach* 2 Sam. XVIII, 5: *וְתַּמִּימָן* *leniter* (*agitare*) *mihi cum puer!* Job. XV, 11: *תְּמִימָן* *תְּמִימָן* *תְּמִימָן* et verbum (nostrum) *mitte ad te*. Adverbium h. l. adiectivi vices sustinet, ut saepè. Cacterum plurius interpres ante SCHUTENSIMUM, excepto Jarchio, *תְּמִימָן* h. l. verbum esse opinati sunt, quod aequivalat verbo *תְּמִימָן* abscondere, tegere, renitente sententia.

אַתְּ־יָדֵיכָךְ], *sec. Bar Seruschwui* eae sunt fenestrae, quae non recta penetrant (murmur), sed clausae sunt ab una parte oblique. *Vocalur talis* <sup>أَنْتَ</sup> *fenestra solidata*, et <sup>مُوَرِّجَةٌ</sup> *constricta, clausa.* [Videntur tamen haec verba potius ad sequentem interpretationem pertinere]. <sup>אַתְּ־יָדֵיכָךְ</sup> *sec. alios est (fenestra), quae non moveatur (i. pro libitu aperitur et clauditur), iam dicunt solidam,* *quae nunquam patet.*

2) *clausit, obturavit, labia* Prov. XVII, 28, *arem* Prov. XXI, 13. *Jes.* XXIII, 15. *Ad posterius cf. arab.* (sono etiam vicinum) **وَسَرِقَ** *obturavit, it. fut. A. obsurdum,* itemque, quod proverbio dicitur: **أَنْفُسُهُمْ يَعْرِفُونَ** *operari* *ei aarem i.e. ei obsequi nolo, Golius e Camuso p. 56.* Obiter notamus, plur. *claudendi* verba in syllabam *tam* *et sam* exire, ut hebr. **בְּנִירָה**, **בְּנִירָה**, **בְּנִירָה** et arab. **بَنِيرَةٍ**, **بَنِيرَةٍ**.

*Hiph.*, i. q. Kal no. 2, obturavit (aurem). Ps. LVIII, 5.

**لَجَّ** rad. inuisit. fortasse *ligavit*. Praeter nomen  
**لَجَّ** conferri potest arab. **لَجَّ** funes tentorii. **CASTELLUS**  
 praeterea in Lex. Heptag. habet ethiop. **لَجَّ**: laudato  
 Marc. XIV, 14, ubi vero neque huius radice neque ligatio-  
 nis ullum vestigium est, quare valde suspectum est hoc  
 verbum, quippe a Ludolio etiam plane praeternissum.

**שְׂנִיא** (per Syriastum pro **שָׁנָה**) *silva.* Prov. VII, 16: **שְׁנִיא בְּנֵי אֶgypt** stragulae e filis Aegypti. In Targg. **שְׁנִיא** est *fanus*, et invenitur pro hebr. **שְׁנִיא** et **שְׁנִיא** Jos. II, 15. Num. IV, 32, 1 Reg. XX, 32. Esth. I, 6 rel. Apud Hebreos vicina significatio filii usitata fuisse videtur. *Pila* vero Aegypti sunt fila linea l. bombycinia et byssina summae subtletatis, qualia in Aegypto neabantur (v. Jes. LXIX, 9. Ezech. XXVII, 7. Barhebr. pag. 218), *ägyptisches Garn*, non minus nobilis tata apud veteres, quam apud nos fere tercera fila (*türkisches Garn*). KIMCHI, Gr. Venet. aliquie *funiculum* retinunt, funesque volunt ad latus lecti dependentes, vel talid quid, minus apte ad contextum. R. PARCHON: **גַּרְנִין שְׁנִיא** *cingulum in Aegypto contextum.* — Post ALE. SCHLETERIUM nulli conferunt gr. **θύριον**, **θύριον** (vestis linteus) idque vel ex voce hebraica, vel utrumque, graecum et hebraicum, vocabulum ex Aegypto repetunt. Ex his FORSTERUS id vocabulum aegyptiace scriptum existimat (de byso antiquorum p. 75) **אַתְּלִי** — **שְׁנִיא** *stamen lini.* At quicquid de graco vocabulo statuis, semitico nostro explicando illud vix adhibuimus. LEBOLI in Comment. ad hist. aethiop. p. 204 *suffitum tentat ex aethiop.* **שְׁנִיא**: thus, suffitum, coll. V, 17. Inklicias:

Aegyptus enim suffitu nobilitata non fuit, ne dicamus, contextum prorsus reniti.

**TEN** *Fut. רְצִיץ clausit, conclusit.* Legitur in uno loco Ps. LXIX, 16. Arab. **رَأَى** vicinas habet significations, circumdedit, sepsit, circumstetit, it, obligavit, ut nervo sagittam. *Conj. V. complicatus, flexus et incurvatus fuit.*

**רַצֵּן** (clausus, ligatus) N. pr. 1) viri e numero praefectorum, qui sub Zorobabele ex exilio revertabantur, Esr. II, 16. Nchem. VII, 21, X, 18. 2) alius eiusdem, e numero ianitorum, Esr. II, 42. Neh. VII, 45.

constr. יְהִי 1) adv. interrogandi, *ubi?* Nounis  
cum Suffixis (sed vide Not. 2) הַנְּאֵן *abi tu?* Gen. III, 9,  
תְּנָא *abi ille?* Exod. II, 20. 2 Reg. XIX, 13. Micha VII,  
10. Job. XIV, 10. XX, 7. בְּנֵי *abi illi?* Jes. XIX, 12.  
Nah. III, 17. Alibi semper cum Ille parag. הַנְּאֵן. (Apud  
Arabes أَيْهُ est pronomen interrogativum *quis?* quod Fem.  
et Pluralem admittit, أَيْهُنَّ *qui nam?* أَيْهُنَّ *quina m,*  
*quaenam?* et sequente genitivo construitur, ut أَيْهُنَّ رَجُلٌ *qui nam vir?* أَيْهُنَّ حَيٌّ *qui nam tempore,* أَيْهُنَّ *quis nam  
vestrum?* Idem valet aethiop. **Ἄρτος**: Apud CASTELLUM  
est etiam syr. أَيْهُنَّ *quaec,* illa, sed incertae auctoritatis.  
Cf. يَنْهَى.

2) יָהּ est nota interrogationis, quae adverbii et pronominis praemissa iiii vim interrogativam tribuit, quemadmodum יְהִי relativa. Cf. germ. *wovon?* pro *von welchem?* Hunc in modum componitur a) בַּתְּ יָהּ quis? sed ubique cum respectu ad locum i Reg. XIII, 12: בַּתְּ הַרְבֵּה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל quanam via abiit? (Vel: *ubi vias? quor-*

*sum viae?* Vide ad **בָּהֵד** sub litt. b.). Eadem structura est 2 Reg. III, 8, 2 Paral. XVIII, 23, Job. XXXVIII, 24, et sine interrogatoria Jer. VI, 16. Eccles. XI, 6: **כִּי אֲנִי יְמַלֵּךְ אֶת־הָבָקָר** (seminis gramum) *efflorescet*, in quo uno exemplo haec particula ad locum non referuntur. Alibi est *ubi?* (a **הָנֶה** hie) Job. XXVIII, 12. Esth. VII, 5. Ies. L, 1. LXVI, 1, 1 Sam. IX, 18, et *quorsum?* 1 Reg. XXII, 24. Aliquoties invenimus scribunt **הָנֶה אֲנִי**, v. infra. — b) **בָּהֵד unde?** (a **בָּהֵד** inde). Gen. XVI, 8, 1 Sam. XXX, 13, 2 Sam. I, 13. Job. II, 2. Jon. I, 8: **אֲנִי בָּהֵד ex quoniam populo es?** 2 Sam. NV, 2: **אֲנִי בָּהֵד ex quoniam urbe es?** (Pr. *unde nam populi?* <sup>2</sup> *undemnam urbis?* at Plaut. *unde gentium?* Odyss. I, 170: *πόθεν εἰς ἀρδοῦσαν;* **בָּהֵד** et **בָּיִר** in his locis sunt genitivi pendentes a nominativo **הָנֶה**, ut vel **כָּסֵף** nominis **בָּיִר** femineo intelligitur). — c) **אֲנִי בָּהֵד cur?** *quare?* (a **הָנֶה** propterea) Jer. V, 7.

Not. 1. נִמְלָא in omnibus exemplis sub no. 2. propositis pr. est st. constr. ab נִמְלָא, et illustrari potest ex usu Arabum sub no. 1. monstrato. — Aliis quibusdam particulis נִמְלָא arctius ingutur, ut in unum vocabulum coalescent, קַנְמִלָּא, אַבְמִלָּא, בַּמְלִיכָה, אַמְלִיכָה, נִמְלָא. Eadem ratione haec particula intutur Syri in אַמְלָא quomodo? (a אַמְלָא, קַנְמִלָּא ita), מִלְמָא אַמְלָא unde? (a מִלְמָא, קַנְמִלָּא), אַמְלָא quis, qualis? לְאַמְלָא id., Chaldae in אַמְלָא quinam? quodnam? ubi? (i. q. מִלְמָא), אַמְלָא quacunq? אַמְלָא unde? אַמְלָא quomodo? (a קַנְמִלָּא ita), אַמְלָא quando? אַמְלָא unde? (ubi notandum est, in duobus ultimiis exemplis נִמְלָא particulis per se interrogativis praemitti plenonastice vel maioris emphaseos ergo), Samaritani in אַמְלָא abi? v. Anecdott. orient. I, 28, Aethiopes in אַמְלָא ubi? quomodo? nce non אַמְלָא: ubi?

Not. 2. In loco Prov. XXXI, 4 זְרַבּוֹת אָזֶן, quod in Keri est, multi per Apocopen interpretantur זְרַבּוֹת אָזֶן. קִרְמֵץ שְׁבָר et principes non (debet) temetum. **KIMCHI**: הַלְּבָרָא נְשָׁמָן וְנְשָׁמָן אֲזֶן שְׁבָר. Quanquam autem Apocope litteras Nun exemplis non caret, h. i. potest vulgaris significatio retinari, et verius: et principum (non est, dicere), ubi temetum? quo posito tamen non dissimilandum, ut hoc uno exemplo extare pro **אֲזֶה ubi?** et sine Sufffixis. **KIMCHI**: וַיַּחַנֵּן לְפָרְשָׁו בְּנוֹ אֵיה ..... וְפָרְשָׁו אֶל־גְּדוּלָה. שְׁבָרָא אֲזֶה שְׁבָר קִרְמֵץ.

Not. 3. Scorsum et tanquam primitivam tractavimus hanc particulam, cum lubrica sint de his vocabulis pericula etymologica. Non absone tamen multorum derivatio ab **חַדְשָׁה** desideravit, cum sit **desiderandi** quaerendi que particula, aut ab **חַדְשָׁה** **habitavit**, **חַדְשָׁה** **habitatio**, siquidem est particula de loco quaerentis. Ad eam commen-dandum provocare possit ad formam **חוֹדֵשׁ**, quae invenitur in Cod. sam. Gen. XVI, 8 pro **חַדְשָׁה**.

**טוֹנָה ubi?** i. q. יְהִי, וְהַיְתָה cum He paragogico ut in תְּנוֹתָה. Gen. XIX, 5. 2 Sam. XVI, 3. Jerem. II, 8. Job. XVII, 15. Mal. II, 17. Zach. I, 5 rel. et citra interrogatio-

nem Job. XV, 23: בְּזַר הָגֶלֶת אֵין vagus errat quaerens panem, ubi (sit), l. (interrogans) ubi?

**אֲיַל** ubi? pro **אֲיַל** iunctum reperitur in codd. bene multis et quibusd. Editt. Job. XXXVIII, 19. 24. Eccles. XI, 6. 1 Reg. XIII, 12 (v. Kennicott. ad h. h. l.l.). Qui ita scripsere librari exemplum Chaldaeorum secuti sunt in **אֲיַל**. Cacterum utrum separatis, parum refert, quandoquidem veteres in sribendo vocabula tam arte iuncta interpongendo nunquam sciungere solebant.

**אֲיַל** (pro **אֲיַל**, quod statim sequitur) quomodo? Gen. XXXIX, 9. XLIV, 8. 54. Exod. VI, 12. 50. Jos. IX, 7. 1 Sam. XVI, 2. Jes. XX, 6. XLVIII, 11. Saepe est negantis Exod. VI, 12: וְאֵלֹהֶיךָ קָרְבָּן אֵל quomodo auscultabit mihi Pharaō? wie solle Pharaō mich hören? 2 Sam. XII, 18. 2 Reg. X, 4, admirantis et deplorantis Jes. XIV, 4: וְאֵלֶּה תִּשְׁאַל אֵל (heu! ohe!) quomodo cessat exactor! Ps. LXIII, 19. Eccles. II, 16: וְאֵל כִּי תְּחַבֵּב מִזְמָרָתְךָ וְאֵל יְהוָה תְּחַבֵּב et eheu! moritur sapientia cum stulto, denique expostulantis Iudd. XVI, 15. 2 Sam. I, 14. Sine interrogatione Ruth III, 18. 2 Reg. XVII, 28. (Chald. **אֲיַל**, pro quo sapius in Targg. קָרְבָּן, syr. **أَيْلَ**, plenunque citra interrogacionem. In utraque dialecto inde formantur nomina et verba, ut **אֲיַל** qualitas, **אֲיַלְהָ** rabbi, qualificari, **אֲיַלְהָ** qualitas). Cf. קָרְבָּן.

**אֲיַלְהָ** (ex **אֲיַל** et **הָבָה** i. q. **הָבָה** ita, hic) 1) quomodo? Deut. I, 12. XVIII, 21. XXXII, 30. 2 Reg. VI, 15 rel., sed minus usitatum, quam **אֲיַל**, quod Critici Samaritani propterea in Deuteronomii I, 1. c. reponendum censuerunt. Saepe est admirantis et dolentis Thren. I, 1: הָבָה אֲיַל בְּבָבָל אֲיַל, etiam quam solitaria sedet urbs etc. Jes. I, 21. Citra interrogationem Deut. XII, 30. Iudd. XX, 3. — 2) ubi? praeter interrogationem Cant. I, 7. (Chald. **אֲיַלְהָ**, syr. **أَيْلَهُ** ubinam? Syr. **أَيْلَهُ** ubi? **أَيْلَهُ** quomodo? et sine interrogatione **أَيْلَهُ**, **أَيْلَهُ**, **أَيْلَهُ**).

**אֲיַלְהָ** ubi, sine interrogatione 2 Reg. VI, 13. Incerta tamen est lectio, et in Keri est **אֲיַלְהָ**, ad quod pertinere potest Cholem in textu conspicuum, ita ut scriptura textus legatur **אֲיַלְהָ**. Hoc ipsum tamen **אֲיַלְהָ** est pro **אֲיַלְהָ**. Nonnulli codd. habent **אֲיַלְהָ**, quod non minus fereendum; ali **אֲיַלְהָ**, **אֲיַלְהָ**, quod hinc loco omnino ineptum est.

**אֲיַלְהָ** (Milch) quomodo? ex **אֲיַל** et **הָבָה** ita (q. v.). Nomini bis in sequiore Hebraismo Cant. V, 3. Esth. VIII, 6.

**אֲיַלְהָ** i. q. **אֲיַלְהָ** ubi? cum Nun parag. ut in **אֲיַלְהָ**, **אֲיַלְהָ**, Lehrgeb. §. 35, 3. Arab. **أَيْلَهُ** ubi? **أَيْلَهُ** ubinamque, syr. **أَيْلَهُ** quis? qualis? In V. T. legitur tantum hac compo-

sitione: **אֲיַלְהָ** unde? Gen. XXIX, 4. XLII, 7. Num. XI, 13. Jos. IX, 8. Iudd. XVII, 9. XIX, 17. 2 Reg. V, 25. VI, 27. XX, 14. Jes. XXXIX, 3. Jon. I, 8. Nah. III, 7. Job. XXVIII, 12. 20. Bis sine interrogatione Jos. II, 4. Ps. CXI, 1. Arab. **أَيْلَهُ** unde? Talmud. **אֲיַלְהָ**. Ex **אֲיַלְהָ** contrahitur **אֲיַלְהָ** v. intra.

Not. Monendi sunt tirones, ne cum nostro confundant **אֲיַלְהָ**, quod compositum est ex **אֲיַל** nihil et **הָבָה**, quale est Jer. XXX, 7. Jes. XL, 24.

**אֲיַלְהָ** 1 Sam. XXI, 9 v. s. rad. **אֲיַלְהָ**.

**אֲיַלְהָ** (ex **אֲיַל** et **הָבָה** hic, sic) 2) ubi? ubinam? Gen. XXXVII, 16. Ruth II, 19. 1 Sam. XIX, 22. 2 Sam. IX, 4. Jes. XLIX, 21. Jerem. III, 2. Job. IV, 7. XXXVIII, 4. Sine interrogatione Jer. XXVI, 19. 2) quomodo? Iudd. VIII, 18: וְאֵלֶּה תִּשְׁאַל אֵל quales (suerunt) vires? Respondetur: **אֲיַלְהָ** ut tu, ita illi. Male Jonath. LXX. ubi? Nam nec quacritur de loco, nec de loco respondetur, sed de forma. (Aethiop. **አለ**: quomodo, quanto, it. quantus, a, um, v. Ludolf Lex. p. 382).

Not. Probe distinguenda est haec particula ab alia, quae sono convenit, scriptura vero et significatio ab ea differt maiorem in modum, nimirum **אֲיַלְהָ**, **אֲיַלְהָ**, nonnumquam in Ms. **אֲיַלְהָ** prorsus, ita, de qua infra s. rad. **אֲיַלְהָ**: atque satis recte utramque distinxerunt V. T. editores, quanquam veteres iam librarii et Grammatici (v. Jarchi ad Gen. XXVII, 33 et Abudwalid h. v.) in iis confundendis videlicet peccarunt, unde non mirandum est, recensiones etiam Philologos, ut BUXTORFICUM, SCHULTENSIS (ad Job. IV, 7), SIMONEM in eiusdem errorem incidisse, de quo vitando tirones etiam atque etiam sunt admonendii. Ut iis, quae de librariis modo diximus, fidem faciamus, varietatem lectionis in hoc vocabulo brevi in conspectu ponere placet. Ac Gen. I, c. 7 codd. pro **אֲיַלְהָ** habent **אֲיַלְהָ** et **אֲיַלְהָ**: 1 Sam. I, c. **אֲיַלְהָ** 1 cod.; 2 Sam. **אֲיַלְהָ** 2 codd.; Jes. **אֲיַלְהָ** 10 codd., **אֲיַלְהָ** 3. **אֲיַלְהָ** 6, Jer. III, **אֲיַלְהָ** 5 codd., ibid. XXVII. **אֲיַלְהָ** 3, Job. XXVIII. **אֲיַלְהָ** 3, **אֲיַלְהָ** 1, et contrario pro **אֲיַלְהָ**, **אֲיַלְהָ** prorsus, ita Job. XVII, 11. **אֲיַלְהָ** 14 codd., **אֲיַלְהָ** 16 codd., **אֲיַלְהָ** 6 codd.; Job. XIX, 23 **הָבָה** tres, Jes. XIX, 12 novem, Prov. VI, 3 quinque rel. Rectius vett. interpres ut Alex. Vulg. orationis seriem scenti utramque particulam ferme ubique recte dignoverunt. Bis **אֲיַלְהָ** pro **אֲיַלְהָ** in multis adeo libros impressos irrepit (Iudd. IX, 38. Prov. VI, 3).

**אֲיַלְהָ** adv. negandi, sed rarioris usus apud Hebreos. Semel ita extat, ut adiectivo praedictum hunc vim negativam tribuat, quo madmodum lat. in et Alpha privativum. Job. XXII, 30: **אֲיַלְהָ** non innocens i. e. noxius. Praeterea in nom. pr. **אֲיַלְהָ** (inglorius) 1 Sam. IV, 21. Magis frequenter haec particula apud Rabbinos, praesertim cum adiectivis, **אֲיַלְהָ** non possible, **אֲיַלְהָ** non necessarium, **אֲיַלְהָ** tu non potes, et magis etiam apud Aethio-

pes, quibus **Δι**: est particula inseparabilis, quae verbis, nominibus, adverbii et praefixa his vim negandi tribuit, v. e. **ΔΗΜΟΣ**: non semper, vel potius semper non i. e. nunquam, **ΔΙΔΥΜΟΣ**: incredulitas, ab **ΔΙΑΦΟΡΑ**: fides. Ad Jobi locum illustrandum egregie faciunt haec **LUDOLFI** in gramm. acthiop. p. 157: „Et quod in hac lingua speciale est, etiam nominibus vitiiorum ad significandas virtutes praemittitur; ut **ΔΗΜΟΣ**: q. d. infornicatio i. e. castitas, pudicitia 2 Pet. I, 6 [pro ἐρωτείᾳ], **ΔΙΑΤΥΠΩΣ**: q. d. insuperbia i. e. modestia vel ut Christiani scriptores loqui amant, humilitas, superbie opposita. Ene. 32. Sept. 1. 2.“ Atqui de origine huius particulae quaerentibus nobis duplex offertur ratio. Altera est, ut per apocopen sit pro τοις, coll. γάρ 1 Sam. XXI, 9 nonne? (quod tamen ipsam dubia originis est). **ΚΙΜΨΗ**: כי יברך בנו יבָא בחריק כמי ואן יש זה ההה ידר Sed haud dubio praeferaenda est altera, αἴ πρ. esse interrogandi particulam i. q. αἴ ubi, quae in negativam transierit, quum de eo, quod non comparet, queri soleat, ubi sit? Hinc proprie ubi gloria? i. e. inglorius. **LUDOLFI** comment. ad hist. acthiop. 203. Cf. **הַנָּא**, ω quid? it. non; **מֵאָן**? it. non; **רַבְּנִין**? it. num? an? it. si i. q. **מֵאָן**. Vide BUXTORI, col. 68. 69.

• ululatus, vac! v. פָּרָס no. II. p. 59.

<sup>18</sup> terra maritima, v. פְּנָז no. I. p. 38.

**אוֹרְכָבֶד** (inglorins, v. paulo superius אֵל) N. pr. filii Pinhasi i Sam. IV, 21. XIV, 3.

אִוְזָבֵל (non-habitatio, fortasse cui nemo conuenit, illibata, pudica, aut insula habitationis) Isabella, N. proprie mulieris famosae, quae ex Ethbaele Tyri regi prognata, Ahabi uxori, Samariae regina facta, ibi idolatria, flagitiis et dira Dei prophetarum persecutione inflamis facta est, postea iustas facinorum poenas dedit. 1 Reg. XVI, 31. XVIII, 4 sq. XIX, 1, 2. XXI, 5 sq. 2 Reg. IX, 7 sq. LXX. Ἰεζαβέλ, atque sic Act. II, 20 de muliere flagitiosa. Vulg. Jezabel.

אַיִלּוֹן pro אַבְיָזֵר pag. 10. A.

איַתְמָר v. pag. 38.

¶ 1. q. ¶ 28, ex quo contractum est (ut **נָרְאָה** contr.  
**נָרְאָה** **בְּמִזְבֵּחַ** contr. ¶ 27 Lehrgeb. §. 125, 1. litt. a. b.  
 Chald. et Sam. ¶ 28 id. ¶ 28 ad ubi? ad quem locum?  
 Dicitur etiam ¶ 28, adv. interrogandi 1) de loco *ubi?*  
 Hinc ¶ 28 *unde?* 2 Reg. V, 25 Chethubh. (Chald. ¶ 28  
 ¶ 28 id. et apud Talmud, **בְּמִזְבֵּחַ בְּמִזְבֵּחַ** *unde nobis?*)  
 2) de loco et tempore, *quo?* 1 Sam. X, 14; *quando?* ¶ 28

*usque quando? quamdiu?* Job. VIII, 2. Sam. **ל**. תַּדְבֵּר  
pro hebr. **תִּדְבֹּר** Exod. XVI, 28. Num. XIV, 11.

Cum He parag. locali: **אָזְהָה** (Mildēl) 1) quo? quorsum? Geu. XVI, 8: **אֵין גַּתָּה אָזְהָה קֶרֶב**, unde **בְּכִירָה אָזְהָה**, et quorsum ibis? Jes. X, 8: **אָזְהָה בְּכִירָה בְּכִירָה** constr. praeponens pro: quorsum (transportabiles et ubi) **relinquenter** tis divitias vestras? Gen. XXXII, 18. XXXVII, 30. Iudd. NIX, 17. 2 Reg. VI, 6. 2 Sam. II, 1. Jer. XV, 2. Zach. II, 6. V, 10. Deut. I, 28. Ps. CXXXIX, 7 (ubi quidam codd. nonnullaque editt. vitiouse **הָנָן**). Sine interrogatione Jos. II, 5. Nchem. II, 16. Ezech. XXI, 21. 2) ubi? Ruth II, 19: **u b i s p i c a s l e g i s t i h o d i e** **הָנָן** et ubi egisti i. e. commoratus es? (LXXN. ποῦ; Vulg. ubi? Syr. Arab. id.) — 3) **הָנָן הָנָן** hue et illue, hue aut illue. 1 Reg. II, 36. 42. 2 Reg. V, 25. 4) **אָזְהָה** **דְּרָךְ** ubique de tempore: quoque, quandiu? Ps. XIII, 2: **הָנָן דְּרָךְ** **הָנָן** **דְּרָךְ** **הָנָן** quandiu, o Deus, relinques me pro�is? Exod. XVI, 28. Num. XIV, 11. Jos. XVIII, 3. Jer. XLVI, 6. Hab. I, 2. Ps. LXII, 4. Job. XIX, 2. XVIII, 2: **דְּרָךְ** **הָנָן** **דְּרָךְ** **הָנָן** quandiu (usque dum) finem imponetis verbis?

**בָּנָן** *adversatus est alicui, inimico et hostiliter*  
*persecutus est aliquem, c. e. acc.* Verbum nominis semel  
 legitur Exod. XXIII, 22 (cf. 1 Sam. XVIII, 29). Sed  
 longe frequentissimi usus est Part. nominascens **בָּנָן adver-**  
**sarius, inimicus, hostis.** Usurpatio de inimico, quo-  
 cum privata odio habemus, Ps. III, 8. VI, 11. IX, 4. XIII,  
 3. 5. XLII, 12. Exod. XXIII, 4. Job. XXVII, 7 ect., et  
 de hoste, qui publice et in bello nos oppugnat. Ps. XLV, 6.  
 CX, 1. CXVII, 5. Ies. IX, 11 ect. Saeppe in Sing. collect.  
 de hostibus Ps. IX, 7. 1 Reg. VIII, 46. Thren. II, 4. **בְּנֵי נָגָרָן** hostes Iehovae, dictum tum de impia veras religio-  
 nis inter Israëlitas adversariis Ps. XXXXII, 20. XCII, 10,  
 tum de hostibus barbaris Ps. LXXXIII, 3. LXXXIX, 11.  
 52. Fem. **בָּנָית inimica** collect. de inimico, hostibus  
 (Dei) Mich. VII, 8. 10. Cf. *Lehrgeb.* p. 477.

E lingua arab. conferri potest **أَرْبَعَةٌ** iratus fuit (sed pr. ni illor, adversatus aversatus, est, est enim eadem radix **أَكْوَبٌ** reversus est), cum accus. **أَنْفُسُهُمْ** reiecit cum Deus, et in formula imprecandi et **أَكْبَرُكُمْ** reiecat te (Deus). De linguarum cognatarum usu si quae-  
ris, synonymum est **عَدُوٌّ** hostis, syr. et chald. **أَخْرَبَرْتُكُمْ**, **أَخْرَبَكُمْ**, **أَخْرَبْتُكُمْ**, et in ipsa lingua hebr. eiusdem vel vicinae significationis. **שְׁרֵבָה**, **שְׁרֵבָה**, **שְׁרֵבָה**, **שְׁרֵבָה**.

**אָבִה** (pro אֲבֵה, ut אַבְתָה pro אֲבָתָה) f. *inimicitia, hostilis animus* Gen. III, 15. Num. XXXV, 21, 22. אָבֶה *et inimicitia aeterna* Ezech. XXV, 15. XXXV, 5. *Præterea non legitur.*

**אָנָס** N. pr. *Iobus*, Arab. Ausita, vir divitissim non magis quam pietate et virtute conspicuus, a Deo suadente Satana omnis generis calamitatis tentatus, postea in integrum restitutus. Job, I, 1 sq. II, 7. 10. 11. III, 1. VI, 1. IX, 1. XII, 1. XVI, 1. XIX, 1. XXI, 1. XXIII, 1. XXVII, 1. XXVIII, 1. XXIX, 1. XXXI, 10. XXXII, 1-4. XXXIII, 1-31. XXXIV, 5. 7. 35. 36. XXXV, 16. XXXVI, 14. XXXVII, 1. XLII, 7 sq. Ezech. XIV, 14. 20. LXN<sup>o</sup>. *Iob*, atque sic Jacob, V, 11. Vulg. *Iob*. Syr. **أَنَسٌ**.

Arab. **أَبُو جِبَر**. Nomen (enīs forma Hebrewismum redolēt) pr. valet *hostiliter tractatum* (ab **בְּשָׂרֶב**), ad formam **גַּדְעָן**, quae interdum vim passivam habet, ut in **גַּדְעָן** natus. Hominiem intellige (a Satana) *hostiliter tractatum*, qualēm fuisse Jobum, integrum, quod de eo agit, carmen didacticum docet. Tale vero nominis etymon ponentes, quod historiae et calamitatibus eius congruat, minime hoc nobis volumus. Jobum propterea personam esse commentiam et ab auctore carminis conflictam, a qua sententia sumus alienissimi, antiquioreum carmini traditionem subesse existinantes; sed potius Jobus hoc nomen fatis suis mirè conveniens post illud insigne vitae discrēptione nactus esse, quemadmodum simile quiddam in nominibus Sauli (**שָׁאֵל** est *postulatus* se, a populo), Davidis (**דָּוִיד** dilectus) et Salomonis (**שְׁלֹמֹךְ** paciens) evenisse videtur. Atque revera enim ante nomen gessisse, memoriae prodit additamentum apocryphi, ad Vers. Alex. προταπήνει δὲ αὐτῷ ὄρος **Ιωβίς** [בְּשָׂרֶב Gen. XXXVII, 33]: quanquam his recentioris acvi traditionibus non multum fidei tribuarim. In Alcorano (Sur. 38, 40—44) eius historia mythis et traditionibus adulterata tangitur, ac mentio eius in haec verba desinit: **نَعَمْ أَعْدَدْتَ لِي أَبُوبَرْ** euge scrum, quippe

*erat resipiscens*, quibus verbis KROMAYERUS, J. D. MICHAELIS (ad Lowth. de sacra poesi p. 683. Supplem. p. 39.) conrumpit sequaces vero nominis etymo alludi putarunt, et 2558 interpretari maluerunt *serio resipiscētum*. Quibus caye adsentiaris, cum eadem formula aliis etiam resipiscētibus, qui in hoc capite recensentur, addibetur, ut Davidi vers. 16, Salomonii vers. 29. *E* veterum Iudaeorum Christianorumque traditione Jobnum eundem fuisse ac Jobabum, Esavi nepotem, Idumaeac regem Gen. XXXVI, 33, supra monimus (v. quae ad Apocryphum illud commentatus est J. D. MICHAELIS, *Linkeit in das A. T.* T. I. pag. 16 sq.); hoc autem fundamento intinuntur quaeconque Arabes aliquique Orientales de eius historia commenti sunt (v. *H*EREBELOT s. v. Ajub).

**רַיְשָׁה** v. s. rad. **רַזְשָׁה** p. 36.

<sup>78</sup> ibid. p. 35.

פָּנָס v. s. פָּנָס p. 39.

**טַבָּע** ubi? vide s. ۲۸, ۳۸ p. ۷۸.

תְּשִׁיבָה, תְּשִׁיבָה, תְּשִׁיבָה

**אַיִל** et cuncta eius derivata, v. sub rad. **אַיָּשׁ**.

**תַּס** rad. inusit. Chald. et Talmud. **תַּסְתַּחַת** terruit.

Quae de origine vocis et de linguae arabicae, quam statumit, convenientia commenti sunt A. SCHULT. ad PROV. XX, 2 et SIMONIS in Lex., apud ipsos relegat, qui volet.

**טַנְס** adj. f. **טָנְסָה** *terribilis, formidabilis*, de populo Chaldaeorum Hab. I. 7., de puella vi pulchritudinis victrice Cant. VI. 4. 10. Cf. Anaer. II. 12. 13.

**אֲרָמִים** m. pl. 1) *terrores*, ut **אַרְמָה** Ps. LXXXVIII,  
16. 2) *idola*, a terrore dicta, quem incitunt cultoribus.  
Jerem. L, 38. Cf. **אַרְמָה** s. **אַרְמָה**. 3) *Emai* N. prop.  
populi, qui ante Moabitas terram ipsorum incoluisse dicte-  
tur. Gen. XIV, 5. Deut. II, 11. Praeterea in cod. Sam.  
Gen. XXXVI, 24 pro **אֲרָם** legitur **אַרְמָה**, Vers.  
Sam. **אַרְמָה**. See, etymon: *terribiles, formidabiles*,  
unde Targ. **אַרְמָה**, Saad. (ex emend. Rosenmüller)  
**אַרְמָה** timendi.

**T**S ad. innisit. i. q. 18 no. 2. *vanus*, *nihili fuit,*  
*defecit.*

**לְנָ** st. constr. **לְנָ** pr. subst. *defectus, vacuitas, nihilum* Jes. XL, 23: **הַבָּשָׂר גִּזְבָּן לְזָבֵן** qui *principes redigit ad nihilum.* Hinc *ij* adv. *nihil.* Saepe ita, ut I.

verbum substantivum involvat 1 Reg. VIII, 9: אִין־בְּרֹאָרֶת־בְּאַבְּרָהָם; בְּלֹא־תְּהִת־נִילֵּה praeferat in area praeter duas tabulas lapideaes. Ps. XLIX, 7. Exod. XXII, 2: אִין־בְּרֹאָרֶת־בְּאַבְּרָהָם si nihil est ei, si nihil habet. VIII, 6: אִין־בְּרֹאָרֶת־בְּאַבְּרָהָם nihil (est) sicut Jehovah deus noster.

2) non, ita tamen ut paene ubique (cf. lit. b) simul exprimat verbum substantivum: non est, non erat, non sunt, non erant cet. ideoque sit i. q. שָׁנָא, arab. نَيْسَنْ, aram. לְאָתָה, תְּאָתָה, אֲתָה, et, si linguae usum spectas, non etymon, actiop. לְאָתָה: v. LUDOLFI Lex. pag. 329. Num. XIV, 42: סְמַךְ בְּרֹאָרֶת בְּרֹאָרֶת quia non est Jehovah inter vos. Iudg. XXI, 25: in diebus illis גַּם־בְּרֹאָרֶת בְּרֹאָרֶת non erat rex in Israele. Gen. XXXVII, 29: בָּרוּךְ יְהוָה אֲנָה וְיָהָרֶב non fuit Josephus in cista. Ps. X, 4. Exod. XII, 30. Levit. XIII, 31. Num. XIX, 2. Ecel. I, 11. II, 16. IX, 10. In quibus formulis affirmative dicitur שָׁנָא, in iisdem accidente negatione adhibetur גַּם, ut שָׁנָא גַּם־אָתָה est in potestate mea Gen. XXXI, 29 et שָׁנָא גַּם־אָתָה non est in potestate nostra Nch. V, 5. Praeterea qualis sit huius adverbii usus, ex his fere observationibus accer- ratius intelliges: a) ubiquecum pronomen aliquod perso- male sententiae subiectum constituit, istud pronomen ad- verbio nostro suffici debet, ut גַּם־אָתָה ego non (sum, fui, ero) Exod. V, 10. Deut. I, 42. IV, 22. קָרָא tu non (es, fuisti, eris) Gen. XX, 7. XLIII, 5. Exod. VIII, 17. Ecelles. XI, 5. 6. קָרָא fem. ut non Ezech. XXVII, 56. גַּם־אָתָה Gen. XXXI, 2. 5. קָרָא Lev. XI, 26. XIII, 21. 26. קָרָא Deut. I, 32. IV, 12. 2 Reg. XII, 8. אָתָה Thren. V, 7. Ecelles. IV, 17. IX, 5, et cum forma plurali (qs. ab נְאָתָה) Ps. LXIX, 14. LXXIII, 5. — b) Cum verbum substantivum ex linguae usu in haec uegandi particuli lateat, ea paene ubivis participio imigitur, Dan. VIII, 5: ecce hircus ab occidente veniebat super faciem terrae גַּם־בְּנֵי אָנָה et non tangebat ter- ram, i. q. גַּם־אָתָה. Esth. III, 8: שָׁבֵט פְּשָׁלֵב גַּם־אָתָה קָרְבָּן קָרְבָּן קָרְבָּן קָרְבָּן קָרְבָּן קָרְבָּן קָרְבָּן קָרְבָּן regis non obtemperant i. q. גַּם־אָתָה VII, 4. Esr. III, 13. Ecelles. VIII, 7: שָׁבֵט גַּם־אָתָה nescit ille. IX, 5. XI, 5. Malach. 2, 2. (Ita praeccipit in sequiore Hebraismo). Exod. V, 16: בְּנֵי קָרְבָּן קָרְבָּן stramen non datur, i. q. גַּם־אָתָה. Saepè ita circumscrribitur nemo, nullus Jos. VI, 1: גַּם־אָתָה גַּם־אָתָה neque (erat) egrediens, neque (erat) ingrediens i. e. nemo egrediebatur, et nemo ingrediebatur. Lev. XXVI, 6: cubabitus גַּם־בְּרֹאָרֶת et nemo terribilis. Jes. V, 29: rapiet גַּם־אָתָה et nemo auxiliabitur. Gen. XLII, 8. 15. 24. 39. Deut. XXII, 27. 1 Sam. XI, 3. Jes. I, 31. XVII, 2. XXII, 22. XLII, 26. XLVI, 9. I, 2. LI, 13. Ps. VII, 3. XVIII, 42. XXII, 12 cet. cet. Raris- simè nec citra solocessimum imigitur verbo finito, Jeremi. XXXVIII, 5: דָּבַר יְהוָה בְּאַבְּרָהָם et nemo non valet rex quicquam contra vos. (Sec. accentus inter- pretandum: non est rex, qui valeat quicquam contra vos). Job. XXXV, 15: יְהִי קָרְבָּן כִּי אִין־בְּרֹאָרֶת sed nunc, cum non animadvertiscat ira eius. Exod. III, 2; atque adeo particulae שָׁנָא Ps. CXXXV, 17: שָׁנָא־בְּרֹאָרֶת רְוִיתָה.

non est spiritus in ore eorum. Reliqua, quae DANZIUS interpr. hebr. chald. p. 184 contra Kimchim s. v. אִין dis- putans dedit, exempla huc non pertinent. Idem vero solo- cismus in Arabismo sequiore obvius est, in quo legitur pro لا, ut saepissime in Abusaidae translatione Pentateuchi samaritano-arabica (cf. Ev. infant. cap. 2 et Anecdott. orientt. I, 17); ac frequens in Aramaismo, ut לְאָתָה non erat Barhebr. p. 416, לְאָתָה pro לא Gen. VI, 3. — c) חַדְּשָׁה mihi non est, dicitur pro non habeo, non habuit. Levit. XI, 10. 1 Sam. I, 2, ut arab. قَدْرَكَ. Sequentे gerundio saepe valet non licet, sicut אוּבָה לְאָתָה pro אוּבָה لְאָתָה, et arab. قَدْرَكَ est mihi, pro licet mihi Cor. IV, 94. X, 100, etiam per ellipsis verbi substantivi v. c. לְאָתָה licet tibi interficerere. Esth. IV, 2: אִין־בְּנֵי אָתָה non licet intrare. VIII, 8. Ruth IV, 4: קָרְבָּן אִין־בְּנֵי nemini praeter te licet redimere. Eccles. III, 14. 2 Paral. V, 11. XXXV, 15. Ps. XL, 6: קָרְבָּן אִין־בְּנֵי non licet quicquam tibi comparare. קָרְבָּן h. l. est pro קָרְבָּן. Rabbini frequentatur phrasis non licet dicere. — d) Varis inigitur vocabulis: שָׁנָא nemo (est, erat) Gen. XXXI, 50. Exod. II, 12. בְּנֵי אָתָה Exod. V, 11 et בְּנֵי אָתָה I Reg. XVIII, 43 nihil quicquam (est, erat). אִין nihil prorsus (est, erat) Eccles. I, 9: אִין־בְּנֵי אָתָה בְּנֵי בְּנֵי קָרְבָּן i. e. nihil prorsus est sub sole, quod novum sit (neque vero nihil est, quod prorsus novum sit). Num. XI, 6. 2 Sam. XII, 3. Prov. XIII, 7.

3) Quemadmodum שָׁנָא saepe valet adest, praesto est, ita גַּם non adest, non praesto est, vel non praesto sunt, erat, erant cet. il n'y a pas, il n'y avoit pas. Num. XXI, 5: בְּנֵי יְהוָה גַּם־בְּנֵי panis praesto est, neque aqua. 1 Sam. IX, 4: et poragrabant ter- ram Schaalaim גַּם־בְּנֵי et non aderant (asinae). X, 14: et sidimus גַּם־בְּנֵי eas non adesse. 1 Reg. XVIII, 10: אִין־בְּנֵי בְּנֵי בְּנֵי et diverunt: non adest. Gen. II, 5: גַּם־בְּנֵי et homines non exstabant. Num. XX, 5. Cum Sull. גַּם־בְּנֵי non amplius ille adest Gen. XXXVIII, 30: בְּנֵי גַּם־בְּנֵי puer non adest. Maxime frequentatur de homine, qui subito evanuit et conspectu hominum, sive mortuus est, sive alio quoenam modo e surorū conspectu subductus. Ita Gen. V, 24 de aquariorū Henochi: אִין־בְּנֵי בְּנֵי, cf. Livium de morte Romuli (I, 16): nec deinde in terris Romulus fuit. 1 Reg. XX, 40: גַּם־בְּנֵי אִהְרֹן ecce evanuerit ille. Gen. XLII, 36: גַּם־בְּנֵי בְּנֵי בְּנֵי Josephus et Simeon non amplius sunt (illum mortuum putabat pater XXXVII, 34, hic in carcere detine- batur). XLII, 15: גַּם־בְּנֵי בְּנֵי unus evanuit. Incertum relinquit phrasis, utrum mortuus sit, an alio quoenam modo evanuerit. De morte usurpatur phrasis simili- lima II, β', 61: Οὐ γὰρ ἔτι οἱρῆσος μεγάλητος νίκες ἡγεῖται, οὐδὲ ὥστε τοιούτους ἔπειτα, θάρε δὲ καὶ θόρος Μέλετος.

4) Praep. sine, absque, pro גַּם־בְּנֵי. Cf. no. 5. lit. a. Exod. XXI, 11: בְּנֵי אָתָה sine argento. Joël I, 6:

רְגֵדֶת (gens) *valida et absque numero*. Deut. XXXII, 4. Thren. V, i. Ps. LXXXVIII, 5.

Ad etymon paulo obscuris illustrandum A. Schult. (ad Prov. III, 30. clav. dialect. p. 200 et in ep. II ad Menken. p. 38) confert arab. **حمل**, quod pr. valet opernit fomentis ad ciendum calorem, specie **حمل النبض** fovit immaturas uvas (Jes. XVIII, 5), et **حمل العنب** fovit uvas, alias aliis insternando, ut maturescant. **حمل الديم** fovit pellem, ut pretrescat, quod coriarii facere solent. **فوندي** et **calefaciendi** notio translata esse possit a) ad fructus maturandos b) ad puerum ablactatum c) ad beneficia, quae in aliquem congerimus, quibusque cum quasi foventur: nec a veri specie alienum, tale ve. postea per abusum etiam in malam partem usurpatum esse (v. **רְבָבָה**). Ne hinc conjecturae etymologicae nimis tribuisse videar, supra in usu loquendi constitudo acquievic, fateor tamen, me in Schulensi rationem suculare. **Tribuendi** et **retribuendi** signi-

sicutum in aliis etiam verbis coniunctum habes, ut in <sup>ق</sup> med. Je, v. Tebr. et Sebult. ad Hamas. p. 320. (p. 10 Freyt.)

**גָּמְלֵל** plur. **גָּמְלִים** comm. *camelus*, animal illud in toto oriente (praeter Palæstinam in Arabia Ind. VII, 12, VIII, 21, 26. Jer. XLIX, 29, Aegypto Ex. IX, 3, Syria 2 Reg. VIII, 9) creberrimum et desertorum incolis plane necessarium, tunum hominibus (Gen. XXIV, 10, 64. XXXI, 17. 1 Sam. XXX, 17, cf. **רַזֶּה**) tum sarcinis portandis (Jes. XXX, 6. Gen. XXXVII, 25) aptissimum, neque in bello inutille (1 Sam. XXX, 17. Jes. XXI, 7 ibique intpp.), pilis etiam (Mt. III, 4. Marc. I, 6, carne et lacte (Iudd. V, 25 coll. Schnurreri dissert. p. 83) commendabile, quo patriarcharum opes magnam partem constabant (Iob. I, 3. XLII, 21). Vulgo iungitur masculino (Gen. XXXVII, 25. 1 Reg. X, 2), femino nomine ubi *camela* (*η καμηλος*) significanda est Gen. XXXII, 16. In inventis auctae peculiares nomine **רַבְבָּה** vocatur, species quadam cursus celeritate insignis **רַבְבָּה**, q. v. Plura dabunt Bochart. Hieroz. I, 73 sq. Schiöderi Hieroz. I, p. 32. — (Reperitur ve. in omnibus linguis semiticis, arab.

جَمْلَةً, aeth. **γαμήλα**: syr. **مَلِعَةً** etc., et praetera non solum in graeca et latina, **καμῆλος**, **camelus**, ex quibus postea in occidentis linguis transit, sed etiam in ægyptiaca **خَامُولَةً** et **بَامُولَةً**, et sanscritanica sub forma **kraméla** et **kramélaka**, v. Schlegel ind. Biblioth. I, 2 p. 240, quanquam in hac rarius, usitatius enim **ushtra**, **اشتر**. Valde incertum antem, in quamq[ue] linguarum stirpe origo quaerenda sit. Bochartus l. c. aliquie **خَامَلَةً** ducunt a **خَامَلَ** retribuit, quod camelus animal sit **μηρόπικας**, iniuriarum memor: magis probabile facit, **خَامَلَةً** adoptasse vim cognati verbi **خَامَلَ** portavit (v. litt. 2), unde **خَامَلَةً** cameli pilen-

tum gestantes, <sup>52</sup> *camelus onerarius*: fortasse tamen radix potius in *Indiae* dialectis quaerenda, nec dispiet Schlegelii a radice *kram* gradior, derivantis sententia).

**אָבְלָטָטָה** (ablatatus) n. pr. sacerdotis 1 Par. XXIV, 17. De **בְּנֵי-עַמִּים** v. p. 194, ubi corrigere *domus ablatati* pro *domus retributionis*.

**מְלֹאת** m. 1) *actio, opus, bene aut male factum, plenius* בָּרֶךְ בָּרֶךְ *Iudd. IX, 16. Prov. XII, 14. Jes. III, 11, in bonam partem beneficium Ps. CIII, 2.* Nota phrases: a) בְּנֵי בְּנֵי rependit alienum actiones s. opera ipsius Ps. XXVIII, 4; בְּנֵי בְּנֵי rependa iis opera ipsorum. Prov. XII, 14. Thren. III, 64, sequ. בְּנֵי Ps. XCIV, 2, שָׁרֵך Obad. 15, Joël IV, 4 fin. et 7. Diversa est ratio verborum 2 Par. XXXII, 25: בְּנֵי בְּנֵי אֲנָשִׁים אֲנָשִׁים, sed non secundum beneficia, quibus Deus eum alceferat, rependi Hiskias. b) בְּנֵי בְּנֵי id. Ps. CXXXVII, 8. Prov. XIX, 17. Jes. LXVI, 6. Jer. II, 6, sequ. בְּנֵי Joël IV, 4 imit. c) בְּנֵי בְּנֵי הַבָּשָׂר id. Iudd. IX, 16, et omisso ב Jes. III, 11. — 2) *retributio*. Jes. XXXV, 4: בְּנֵי אֲנָשִׁים בְּנֵי retributio Dc.

הַמְּנֻנָּה f. 1) i. q. בְּנֵי no. 1. Plur. Jes. LIX, 18.  
2) i. q. בְּנֵי no. 2. 2 Sam. XIX, 37. Jer. LI, 56: בְּנֵי  
הַמְּנֻנָּה deus retribuens est Jehovah.

**נְבָנִי** (qui camelos possidet, l. camelo insidet) n. pr. viri Damitae Num. XIII, 12.

גַּם־לְאֵלֹהִים (retributio Dei, cf. Jes. XXXV, 4) *Gameliel*, n. pr. viri Manasitae Num. I, 10, II, 20. VII, 55. 59. Cod. Sam. ter לְאֵלֹהִים. LXX *Ephraim*.

הַגְּמֹלֶת הַבָּנִים בְּרוּךְ הוּא benefitia Dei Ps. CXVI, 12.

**جَمِيعٌ** rad. *inusit.* Arab. **جَمِيعٌ** multus fuit, abundavit, plena et impleta fuit mensura, trans. explevit mensuram, ei cumulum adiecit, **جَمِيعٌ** cumulus frumenti mensurae superflatus, **جَمِيعٌ** et **جَمِيعٌ** turba, coctus, multum, velut **جَمِيعٌ** copiac abundantissimae vit. Tim. I, pag. 460, **أَجْمَعُونَ** **أَنْغَافِيرُ** turba hominum promiscua, ibid. I, 400. Inde

בָּז pr. subst. *adiectionis*, *cumulus*, in linguae usu  
ubique part. accessionem s. adiectionem indicans, ut  
syn. בָּז (quod apud poetas frequentius) 1) *etiam*. Gen.  
III, 6: בָּז אֶת-בְּרֵיתךְ וְדָדִית *et dedit etiam marito suo*. 22.  
VII, 3. XIX, 21. 35. XXX, 15. XXXV, 17 et ceterum.  
Vocabulo, ad quod refertur, plerunque praemittitur,  
nonnunquam tamen a) ab initio enuntiationis ponitur,  
etsi non ad vocabulum proximum, sed ad aliud quad-  
dam in medio aut fine eius refertur. Prov. XIX, 2: בָּז  
בָּז נַעֲמָה בָּז בָּז *sine intelligentia etiam studium*  
*nihil valet*. XX, 11: בָּז בָּז בָּז בָּז *etiam*  
*inveniens ex operibus suis cognoscitur*. Gen. XVI, 13:  
בָּז בָּז בָּז בָּז *numquid hic video* i. e. vivo  
*etiam post visionem sc.* Dic-i, i. e. Deo conspectu? Num hinc  
loci Deus mortalibus conspicendum se praebet sine vita  
coram periculo? Iob. VII, 11. Ps. LXXI, 22. Idem supra (p.  
89 A) observavimus de particulis בָּז et בָּז. — b) Ubi ad  
pronomen personale refertur, hoc maiorum emphaseos causa  
saepiter iteratur, et בָּז posteriori praemittitur. Gen. XX,  
5: בָּז בָּז בָּז בָּז *et etiam ipsa dixit*. Tale pro-  
nomen, ubi in casu obliquo est, primum ponitur forma  
suffixa, deinde forma separata, qua de re vide Lehrgeb.  
191. Sic in Genitivo Prov. XXII, 15: *mi fili, quando-*  
*sapit cor tuum בָּז בָּז בָּז gaudet etiam neum*  
*cor*. 2 Sam. XVII, 5: בָּז בָּז בָּז *et etiam suo ore*. 1 Reg.  
XXI, 19. Cum Acc. Gen. XXVII, 34: בָּז בָּז בָּז  
*benedic etiam mihi*. Cf. Gen. IV, 26. X, 21.  
c) Simili modo, ubi בָּז refertur ad verbum aliquod cum  
emphasi efferrendum, ponitur inter verbum finitum et in-  
finitum absolutum. Gen. XLVI, 4: *descendam tecum in*  
*Aegyptum בָּז בָּז בָּז et etiam ascendam*

tecum. XXXI, 15: אַכְלֵלָה בְּבָשָׂר et *etiam consumisit*. 1 Sam. I, 6. d) Interponitur substantivo et adjektivo. Gen. XX, 4: וְאַתָּה כֹּהֵן בְּבָשָׂר *num etiam iustos homines occidisti?* In sermone poetico מִמְּנָה saepe dicitur pro simplete (cf. dan. og pr. germ. auch, sed in linguae usu et) Joel I, 12: תְּבִרְכֵר רָמָלָס *punica et palma cum malo.* Ind. V, 4. Thren. IV, 15. Iob. XXIV, 19. XXX, 8. Neque aliter מִמְּנָה et etiam, quod etiam in pedestri oratione ponitur pro copula cum emphasi quadam prolativa. Gen. XLIII, 28: וְאַתָּה תְּבִרְכֵר מִמְּנָה, et. V, 27: תְּבִרְכֵר מִמְּנָה וְאַתָּה תְּבִרְכֵר מִמְּנָה. Ies. XXXX, 5: תְּבִרְכֵר מִמְּנָה כִּי et — et — tam, quam Gen. XXIV, 25. XLIII, 8. Ex. XII, 31. Iudd. VIII, 22, et praevia negandi particula nec, nec Ex. IV, 10. V, 15. Num. XXIII, 1. 1 Sam. XXVIII, 6. Idem est מִמְּנָה — Gen. XXIV, 44. 1 Sam. II, 26. Nonnumquam מִמְּנָה reddi potest quemadmodum, ita. Jer. LI, 12.

2) Non raro etiam idem valet quod adeo. Prov. XIV, 20: שָׁמַעַת אֲבָדָה בְּבָשָׂר et adeo familiari suo invisis est pauper. XVII, 26. Ecel. X, 20. Ps. LXXXIV, 4. Joel III, 2. Praevia negandi particula nequidem. Ps. XIV, 3: וְאַתָּה נְמוּנָה כִּי nemo bene agit, nemo, ne unus quidem. LIII, 4. 2 Sam. XVII, 12. 13: רְשָׁאָתָךְ כִּי nemo bene agit, nemo, ne unus quidem ibi inveniatur.

3) Saepe unice emphasi inservit et reddi potest utique, profecto, ino, frequentius tamen in aliis linguis omittitur, et nihil aliud docet, quam proximum vocabulum cum emphasi proferendum esse. Iob. XVIII, 5: בְּבָשָׂר עִיר וְאַתָּה וְאַתָּה utique lux improborum extinguitur. 1 Sam. XXIV, 12: אַתָּה אַתָּה ride, ino ride, siehe, siehe doch! Posterior imperativus priore fortior est, et vehementius invitat ad videndum. Gen. XXIX, 30: et rem habebat etiam cum Rahela, וְאַתָּה בְּבָשָׂר וְאַתָּה et amabat Rahelam magis quam Leam (LXX. Vulg. Saad.) recte omnittim. Male redderes: amabat etiam Rahelam, nam hanc solam amabat, Leam odio habens. Vets. 31). Iob. II, 10: ... וְאַתָּה וְאַתָּה וְאַתָּה וְאַתָּה וְאַתָּה וְאַתָּה et bonum accipimus a Deo, nonne etiam malum suscipimus? XIII, 16: וְאַתָּה וְאַתָּה וְאַתָּה וְאַתָּה hoc mihi saluti erit, quod non impius in eius conspectum venit i.e. quod ego, in eius conspectum veniens, non impius sum. Maxime a) numeralibus preponitur cum emphasi. Nominativus גָּדוֹל מִמְּנָה valet alle beyde, uterque. Gen. XXVII, 45: וְאַתָּה וְאַתָּה וְאַתָּה וְאַתָּה quare erber utroque vestrum uno die? Prov. XVII, 15: תְּבִרְכֵר מִמְּנָה detestatur Jehova utrumque. XX, 10. 13. 1 Sam. IV, 17; et מִמְּנָה ad unum omnes, alle miteinander, vel totum, si fortius opponitur partibus. 2 Sam. XI, 31: וְאַתָּה וְאַתָּה וְאַתָּה ino totum sumat. Iudd. IX, 49. Ecel. VII, 21. Ps. XXXV, 3. b) תְּבִרְכֵר pr. nunc, iam dein age, germ. nun, nun gut, wohlan. Gen. XI, 14, 10: אַתָּה תְּבִרְכֵר כְּבָר בְּרִיכָתֶךָ agite, ita sit, quod divisti, fiat. Germ. nun gut (wohlan), wie

ihr gesagt, so sey es. 1 Sam. XII, 16. Joel II, 12. Iob. XVI, 19. Paulo alter in loco difficulti 1 Reg. XIV, 14: Deus sibi excitat regem, qui exscindet domum Jero-beami... בְּבָשָׂר כְּבָר נֶהֱנָה et quid nunc? Interrogatio negationem sententiac infert: et tunc nihil ultra supercrit, was ist dann noch? pro dann ist's aus damit, dann ist es am Ende.

• 3) בְּבָשָׂר etiamsi, sequ. Futureo Jes. I, 15. Ilos. VIII, 10. IX, 16. Ps. XXIII, 4, et omisso בְּבָשָׂר Jes. XLIX, 15: בְּבָשָׂר אֲנָשִׁים מִמְּנָה etiam si illae obli-viscerentur, ego te non obliviscar. Ps. XCIV, 9. Ecel. III, 11. Neh. VI, 1. Mal. III, 15. Idem est בְּבָשָׂר בְּבָשָׂר pro Ecel. IV, 14. VIII, 12 (ut בְּבָשָׂר בְּבָשָׂר pro בְּבָשָׂר).

4) advers. tamen, sed, maxime sequ. negandi particula. Ps. CXXIX, 2. Ecel. IV, 16. Ez. XVI, 28. Affirmandi particulas saepe adversative usurpari et contra, saepius observavimus, v. בְּבָשָׂר בְּבָשָׂר.

f. *turba, coetus, copia*, ut arab. بَعْضٌ et بَعْضٌ, v. rad. Semel legitur Hab. I, 9 de Chaldaic invadentibus: קְרִיבָתָה בְּבָשָׂר turba facierum ipsorum i.e. facies ingentis illius turbæ prona spectacul, ihrer Gesichter Schaar ist vorwärts gerichtet. Ex interpretibus vero proximus videtur Iud. de Dieu, qui reddit: pleraque facies eorum orientem versus spectant; sed non orientem, sed austrum versus spectabant Chaldaici Palastinam occupantes, et turbam facierum frigide interpretatur plerasque facies. Vett. intpp. plerie e contextu conicisse videuntur. Symm. ἡ πρόσωψις τοῦ προσώπου αὐτῶν. Alex. ἀνθεσιγότας προσώπωτος αὐτῶν. Syr. aspectus vultuum eorum. Desiderii significatu voce הַבְּשָׂר utitur Kimchi ad Ps. XXVII, 8, isque coll. arab. جَمْعُ بَعْضٍ appetit, prope fuit institutio res, defendi possit, sed prius illud haud dubie praferendum, quum congruat eum illo radicis בְּבָשָׂר usu, qui etiam in particula בְּבָשָׂר conspicuus est Schult. ad Floil. sent. p. 174 מִמְּנָה a puto aqua abundante et inexhausto ad equum roboris inexhausti transferri doct, et inde vc. nostro inexhausti impetus significatum tribuit.

—  
בְּבָשָׂר rad. inusit. Chald. בְּבָשָׂר fudit Ps. VII, 16, syr. قَمْبَلْجَى fossus est. Inde

—  
בְּבָשָׂר (verbale Pual. pro בְּבָשָׂר) foreax. Ecel. X, 8. Chald. אַבְּשָׂר et אַבְּשָׂר, syr. قَمْبَلْجَى id. cf. arab. غَفْنَتْ terra depressa, humiliis, et غَمْسَنْ demersit, submersit.

—  
בְּבָשָׂר fut. בְּבָשָׂר 1) persecit, absolvit. Ps. LVII, 3: invoke Deum בְּבָשָׂר qui perseciet pro me, i.e. causam meam agit. Sic Ps. CXXXVIII, 8 sequ. בְּבָשָׂר. 2) intrans. desit, defecit. Ps. VII, 10: אַבְּשָׂר אַבְּשָׂר utinam

*desinat malitia improborum.* XII, 2: בְּ שֶׁבֶר הַכִּיר nam deficitur più. LXXVII, 9. (In diall. aramaicis haec radix utroque significative frequentissima est, ita tamen ut vis transitiva in Pa. usitatio sit. Derivata sunt **perfici**, **perficiens**, **perfectus**, **perfecte**, penitus. Exempli v. in Lexx. et Hartmann lingv. Einl. p. 210).

**נִבְרֵא** chald. id. Part. pass. **נִבְרָא** *perfectus, absolutus* in arte vel doctrina. Esr. VII, 12.

**Gomer**, n. pr. 1) populi Japheto oriundi (Gen. X., 2), a quo Togarma s. Armeni descendisse dicuntur (Gen. XI., 5), quodque in exercitu Magogitarum una cum Togarma commemoratur (Ex. XXXVIII, 6). Probabilitate intelligendi *Cimmerii* (*Κιμμέριοι*) Chersonesum Tauricam eum regionibus vicinis ad Tanais et Istri ostia habitantes, incursionibus in Asiam minorem sexto ante Christum seculo factis famosi (Herod. i, 6. 15. 16. 103. 4, 1. 11. 12. Strabo I, p. 20. 61. VII, p. 309. XI, p. 49<sup>4</sup> Casaub. Cf. Th. S. Bayeri Comment. de Cimmeriorum in Commentarij Acad. Scientiar. Petrop. T. II et in eius Opusculo, Halac 1770 p. 126). Apud Arabes huius regionis populi litteris traicitis vocantur **جمر**, unde hodieque **Krim** pro Chersoneso Taurica, et بحر آندره mare Cimmerium de ponto euxino, v. Abulf. ap. Schult. in ind. geogr. ad vit. Salad. s. v. Rumacorum promontorium. Iosephus (Arch. I, 6 §. 1) Galatas interpretatur: τὸν δὲ ὑπὸ Ελλήνων Ταύρους καλούμενόν, Γόραρτος δὲ λεγομένον, Γόραρδος εἴπειος, *Cimbri* probabilitate significans, et fortasse etiam *Kymr*, celtice tribus nomen antiquum, quod etiam recentiores nonnulli (Hesse Entdeckungen T. I, p. 8) idem esse voluerunt quod **Հայ** et **Կիմբեա**. Plane infelicitate in hoc vc. explicando versatus est Bochartus (Phaleg. III, 8), qui ex etymo semiticō (**Հայ** consumit, spec. igne, **Կիմբեա** carbo) Phrygiā, maxime κατακεκαιμένη, intelligi colligit. Schultessinus (*Paradies* p. 176) confert Chomeros, populos ad Oxum, Wahlius (deser. Asiæc I, p. 274) armenos, **գամիր** *gimir*, quod Cappadociam notat.

2) uxoris Illosee prophetae, mulieris meretriciae.  
Hos. I. 3. Appell. carbo, coll.  $\gamma\alpha\tau\alpha$  carbo,  $\gamma\alpha\tau\alpha$  carbones,  
acc. Hieron. consummata se. in libidinibus.

**גַּבְרִיה** (quem *Jehova perfecit*, fort. cuius causam egit coll. Ps. LVII, 3. CXXXVIII, 8) n. pr. viiri, quem Zedekias legatum ad Nebucadnezarem mittebat Jer. XXIX, 3.

**גְּמַרְיוֹן** (id.) scriba ex optimatibus tempore Jcre-miae. Jer. XXXVI, 10—12.

**בָּרַע** fut. בָּרַע 1) *furatus est, furto abstulit, surripuit.* (Syr. et chald. בָּרַע, بَرَعَ id. Videtur autem

hoe verbum denominativum esse a جنْبُ latu\$, et pr. valere *ad latus ponere*, nostr. auf die Seite bringen, hinc clam removere, auferre. Arab. جنْبٌ multas habet significaciones a notione lateris ductas, ut fregit latus, duxit a latere, e latere laboravit, حَنَّتْ contraxit latus).

*Niph.* furto ablatus est Ex. XXII. 11.

*Pi.* 1) i. q. Kal 1. Ior. XXIII, 30. 2) i. q. Kal no. 2.  
2 Sam. XV, 6: **וְאַתָּה תִּשְׁלַח אֶת־בָּנָךְ יִשְׂרָאֵל** et  
*fessillett Abrahonus his artibus Israëlitas.* Alter LXX  
*ιδούτως τὸν Ιασταλῶν τὴν καρδίαν* et. Clericus: *sibi  
furtim conciliabat animos Israëlitarum*, sed praestat  
hanc formulam eadem significacione accipere, quam habet  
in Kal.

Pu. i. q. Niph. Gen. XL, 15. Ex. XXII, 6. Inf. absol. בְּנֵי Gen. I, c. Metaph. Job. IV, 12: בְּנֵי רָבָר נֶאֱמַן furtum s. clam ad me delatum est oraculum. „Sic Lu-  
cian in Amor. p. 884 εἰλεπομένη λαλίας ἢ γνωστοις  
coniuxit: et p. 899 ὑπεταλμένη τῷ ίδῃ φυνῇ τόπῳ τὸ  
ὅρθεν ἔκλεπτεν.“ Schulte, ad h. l.

*Hithpa. furtim egit*, sequ. Gerundio. 2 Sam. XIX, 4: וְיָמֵינוּ תִּשְׁאַל בְּבֹאָה תְּחִזֵּק בְּאֶשְׁר בְּבֹאָה הַמְּלֵךְ et populus illo die furtim ingrediebatur in urbem: quemadmodum furtim intrant,

quos pudet, quia fugerunt in pugna. (Syr. ٢٧  
subduxit sc Gen. XXXI, 27, idem est סְדִיבָרֶת הַמְּלֵאָה  
Hist. Susannae I, 14: מִשְׁעָנָה מִשְׁעָנָה סְדִיבָרֶת הַמְּלֵאָה  
subduxerunt se alter ab altero, sie stahlen sich von einan-  
der weg. Sine سَدِيبَرَه Sir. XXVI, 13: filiae impudicæ  
multos da custodes, nam non quiescit, لَمْ يَسْكُنْ إِلَّا  
donec furtim ad furtâ evaserit).

**גִּנְבָּה** f. *furto ablatum* Ex. XXII, 3. Cum Suff. **גִּנְבַּת** *furto ab eo ablatum* Vers. 2.

**גָּנְבָּה** (furtum) n. pr. *Genubath*, filius Hadadi et Tachipenes 1 Reg. XI, 20.

rad. **אָשְׁׂנִיד** *uisit.* Chald. **אָשְׁׂנִיד** *abscondidit, in thesau-*  
*reposit, syr. אָשְׁׂנִיד* *absconditus, reconditus, Ethpe.*  
**אָשְׁׂנִיד** *est. Arab. جَنَّرْ* *occultavit, collegit.*  
 Aethl. **אָשְׁׂנִיד**: *involut, maxime cadaver linctis, dein sepe-*  
*livit. Vicinia radd. sunt אָשְׁׂנִיד, קַנְסָה, שְׁנָרָה;* et  
*litteris transpositis (transpositio enim maxime, in sibilanti-  
 bus usitata) a) אָשְׁׂנִיד, unde אָשְׁׂנִיד thesaurus, b) גַּזְבָּן, unde*  
*גַּזְבָּן prontuaria; c) גַּזְבָּן, בְּזֵבֶן asservavit, גַּזְבָּן nostr.*  
*Magazin.*

**גָּנְגָרִים** constr. גָּנְגָרִים m. plur. 1) *thesauri* Esth. III, 9. IV, 7. *Sequitur Hebreismi vox pro vulgari גָּנְגָן.* — 2) *cistae*, in quibus merces pretiosiores reconduntur, ut ad mercatusmittantur. Ez. XXVII, 24.

תְּלִי chald. id. nonnisi in plur. תְּלִיאָהָהָה thesauri, gazae. Esr. VII, 20. נַגְזָה הַמְּבָרֵךְ gazophylacium Esr. V, 17. VI, 1. Transiit hoc ve. etiam in lingua persicam (תְּלִיאָהָהָה) et armenicam (գանձ) v. c. pro תְּלִיאָהָהָה Job. XXXVIII, 22. Ez. XXXVII, 6, θραυνός Mt. II, 11. XII, 35): minime tamen dubito, quin proprie scitimem sit, neque persicum, ut vult Lorsbach (*Archiv* II, 273), vel armenicum (Schroeder de lingua arm. p. 56); vidimus enim, illam radicem in linguis semiticis latissime regnare. Aramici habent etiam formam contradictionis נַגְזָה (in Talmude, lege נַגְזָה), נַגְזָה et נַגְזָה Barhebr. p. 425, quae itidem in veterem Persicam transierat, et maxime pecuniam regiam ex tributis et vectigalibus congestam designabat. Hesych. ἡγεμονία περιπολίς Ηέσυχος βασικοῖς, η̄ οἱ εἰ τῶν πολ-λῶν γερμανῶν γάροι. Curt. 3, 13 §. 5; ante solis ortum pecuniam regiam, gazam Persae vocant, eum pretiosissi-

mis rerum offerri iubet. Reland dissert. miscell. VIII. p. 184. Burton *Aeiyara* veteris linguae persicæ p. 39. Congruit etiam sanskr. *coscha* thesaurus.

גָזּוֹפְלָצִיָּה plur. בָּרְכָּתָן *gazophylacia templi*. Semel legitur in 1 Par. XXVIII, 11. Terminatio formativa עַל, עַל in aliis quoque vocibus chaldaicis, ut עַלְמָן, עַלְמָן, obvia est, v. Lehrgeb. p. 516.

tribūnum, et radicem ☼ inserto Nun secundariam esse coniecit; quod tamen minus probabile ob ea, quae paulo superioris (s. זְבַדָּה et זְבַדָּה) disputata sunt. In Vers. hebr. Dan. l. e. legitur זְבַדָּה, pro quo haud dubie rependum זְבַדָּה, cum iste interpres horum nunciem nomina alibi constanter retinere solet.

**جَنَّ** pr. *texit*, *obtexit*. (Arab. **جَنَّ** *sequi*, على, **جَنَّ** عليه انتليل *texit* ut saepe in verbis tegendi, *id. v. c.* **جَنَّ** *texit* cum nox Cor. 6, 76. Syr. **جَنَّ** *obtexit*, obumbravit Luc. I, 35. Act. X, 44. XI, 15, seqn. **جَنَّ** Iob, I, 10. II, 23. Cf. **جَنَّ**, **كَسَّ**). Translate *protexit*, ubique de Deo homines protegente, *c. e.* **جَنَّ** 2 Reg. XX, 6: **جَنَّ** *הַנְּגָןִים* *בְּבֵית־יְהוָה* **جَنَّ** *et protegant hauc urbem*. Jes. XXXVII, 35. XXXVIII, 6. Semel sequ. **جَنَّ** 2 Reg. XIX, 34.

*Hiph.* fut. **جَنَّ** i. q. Kal. Jes. XXXI, 5, seqn. **جَنَّ** Zach. IX, 15, **جَنَّ** (v. **جَنَّ** no. 3) ib. XII, 8 cf. Ps.

et de horto floribus herbisque aromaticis consito usurpatum (Cant. IV, 16. VI, 2). נֶגְדָּתְנִיל hortus regius 2 Reg. XXV, 4. Jer. XXXIX, 1. לְהַרְחֵב domus horti 2 Reg. IX, 27. נֶגְדָּתְנִיל hortus in regione (mythica) Eden a Deo plantatus Gen. III, 21. Ez. XXXVI, 25. Job I, 3. qui etiam נֶגְדָּתְנִיל dr. Ez. XXVIII, 13. XXXI, 8. 9 et נֶגְדָּתְנִיל Gen. XIII, 10. Jes. LI, 3. Hortus clausus Cant. IV, 12 figurate dicitur de muliere casta, cf. de hac figura A. Driessen in Diss. Lugd. p. 1109. In aliis linguis cognatis נֶגְדָּתְנִיל, נֶגְדָּתְנִיל, נֶגְדָּתְנִיל, נֶגְדָּתְנִיל idem notant. In Hebraismo forma

נֶגְדָּתְנִיל f. idem valet, sed non nisi in poët. sermone usitata est. Jes. I, 30. LXI, 11. Plur. נֶגְדָּתְנִיל Jes. I, 29. LXV, 3. LXVII, 17. Jer. XXIX, 5. 27. Am. IV, 9. IX, 14. Num. XXIV, 6. Ap. Jes. I, 1. c. horti s. arborata commemorantur tanquam idolatriae sedes.

נֶגְדָּתְנִיל f. id., sed non nisi in sequiore Hebraismo et in Chaldaismo. Esth. I, 5. VII, 7. 8. Cant. VI, 11. Iob. VIII, 16.

נֶגְדָּתְנִיל (i. q. נֶגְדָּתְנִיל, נֶגְדָּתְנִיל hortus) n. pr. viri 1 Reg. XVI, 21. 22.

נֶגְדָּתְנִיל (hortus magnus) n. pr. viri Neh. X, 7. XII, 16, quod (vitiōse) XII, 4. קְרַבְתִּי scribitur.

נֶגְדָּתְנִיל (eum Kamez impuro, probabiliter pro forma chaldaizante נֶגְדָּתְנִיל, sed more radicum 1 gutt., cf. נֶגְדָּתְנִיל) c. Suff. נֶגְדָּתְנִיל, plur. נֶגְדָּתְנִיל constr. נֶגְדָּתְנִיל comm. (fem. 1 Reg. X, 17. 2 Par. IX, 16) *clypeus*, a protegendo dictus, (Arab. مَجْنِي et مَجْنِي clypus v. c. Abulph. Dyn. 163,

id. id. נֶגְדָּתְנִיל armatura, elypens maior. Syr. מְגַנֵּם clypus). Iudd. V, 8. 2 Sam. I, 21. XXII, 31. 36. 2 Reg. XIX, 32 ect. Ex 1 Reg. X, 16. 17. 2 Par. IX, 16 colligi potest, נֶגְדָּתְנִיל ita distinguedunt esse a syn. נֶגְדָּתְנִיל, ut illud minoris molis et ambitus sit, hoc majoris. Etenim non nisi dimidium auri deaurando clypeo (נֶגְדָּתְנִיל) impendebatur eius quod deaurando scuto (נֶגְדָּתְנִיל) insumbant. — נֶגְדָּתְנִיל vir clypeo armatus, de latrone armato Prov. VI, 11. XXIV, 34. Metaph. a) saepce de Deo protectore. Gen. XV, 1: אֶת־נֶגְדָּתְנִיל ego clypeus i. e. protector tuus ero. Deut. XXXIII, 29. Ps. III, 4: בְּנֵי־נֶגְדָּתְנִיל tu, Jehova, clypeus circa me. XVIII, 5. 31. LIX, 12. LXIX, 12. CXLIV, 2. — Ps. VII, 11: אֶת־נֶגְדָּתְנִיל clypeus meus est penes Jehoram i. e. Deus tenet qs. clypeum meum, clypeo me protegit. Cf. Ps. LXXXIX, 19. b) שְׁרַבְתִּי clypei terrae poët. de principibus, incolas vi armorum protégentibus. Ps. XLVII, 10. Ilos. IV, 18. Cf. שְׁרַבְתִּי vectes Ilos. X, 6.

נֶגְדָּתְנִיל f. tegumentum. Semel legitar Thren. III, 65: תְּמִימָה תְּמִימָה da iis tegumentum cordis, בְּאַתְּנִיל

*exsecratio tua veniat super illos*. Dictio haec figurata accommodate ad linguam semiticam indolem varie exponi potest. a) Schult. in Opp. min. pag. 310. 311. Erdmann in animadv. ad h. l. aliisque *obdurationem interpretantur, quandoquidem tegumentum oculis, auribus, cordibus impositum apud Arabes et in N. T. (καλυψα ἐπὶ τῷ καρδίᾳ 2 Cor. III, 15) profligatissimum impiorum pervicaciam ostendat. Cor. XVII, 48: וְجַעֲלָתָא עַל־פְּלוּבִים אַתְּנִיל et imposuimus cordibus eorum tegumenta, cf. VI, 25. XLI, 4 et similem locutionem: obsignare cor VII, 98. 99. IX, 88. 94. X, 75. XIX, 59. XI, 37. XLII, 23. XLV, 22 ect. Hostibus suis hanc obdurationem impetravat propheta, ut ista pervicacia in perniciem ruant. Pracivit hanc interpretationem iam Kimchius: אַפְּצָר שִׁיחָה וְהַשְׁׁמָן הַאֲתָּשָׁן וְפִרְשָׁוֹת כְּסֵף נֶגְדָּתְנִיל. Idem vero b) aliam subiungit a patre acceptam, linguae rationibus non minus accommodatam. פְּרַבְתִּי הַלְּבָב וְרוּצָה הוּא בְּעַדְתִּי הַבְּרִית וְאַנְגָּזָה אַלְמָלָקְתִּי פְּרַבְתִּי הַלְּבָב וְרוּצָה הוּא בְּעַדְתִּי הַבְּרִית וְאַנְגָּזָה אַלְמָלָקְתִּי חַשְׁבָּתְנִיל clypeus interpretatur de morbo letiero, qui arabice حَشَبَتْنَاهُ اَنْقَلَبَتْنَاهُ vocatur. Est autem deliquium animi, impr. quale mortem praecedit (cf. Cor. 33, 19), ita dictum ab oculis et mente caligine tectis et obvolutis, quam translationem habes etiam in radd. hebraicis נֶגְדָּתְנִיל et נֶגְדָּתְנִיל. Alii denique, ut Chr. B. Michaëlis, c) coll. arab. نَجْدَةٌ insania, furor et حَنْجَنْسٌ insanus fuit, *insaniam cordis* interpretantur, quod placuerit, nisi suspicio esset, hanc significationem a nomine حَنْجَنْس genius, daemon, idque a *Genio* Latinorum repetitum esse. Posit quidem insaniam etiam a corde operto et caligine obvoluta vocata esse, certam tamen analogiam desidero.*

נֶגְדָּתְנִיל v. נֶגְדָּתְנִיל

נֶגְדָּתְנִיל mugiit bos, rad. onomatopoëtica. Talmud. id.

Syr. et zab. לְגַדְתִּי clamavit, vociferatus est i. q. נֶגְדָּתְנִיל, cui respondet gr. γοιων. Fortasse etiam germ. Kuh, angl. cow, pers. كَوَافِر vocabula sunt ab hoc sono facta.

נֶגְדָּתְנִיל (mngiens, sec. Sim. pro נֶגְדָּתְנִיל fatigatio) n. pr. loci proprie Hierosolyma. Jer. XXXI, 59. Targ. בְּרִיבְתִּי piscina rituli.

נֶגְדָּתְנִיל fastidivit, cum fastidio abiectit, respuit. (Chald. pollitus, impurus fuit, v. נֶגְדָּתְנִיל no. II, unde notio fastidiū derivari potest, nimurum pro impuro, sorrido habuit, cf. נֶגְדָּתְנִיל. Arab. جَعَلْ vulgatissimum est vc. ponendi significatu, syr. نَجْدَةٌ est depositus, commendavit, quod num a reliendo et abiicendo dictum sit, in Pp

medio relinqu). Frequentissima est formula שָׁדֵךְ הַתְּמִימָה וְאַיִלְעָמָד anima mea fastidit aliquem vel aliquid, siquidem fastidium, pariter atque appetitus, animae tribui solet, Lev. XXVI, 11, 15, 30, 43, cum et obiecti Jer. XIV, 19, et sine et Lev. XXVI, 44, Ez. XVI, 45.

*Niph.* abieictus est. 2 Sam. I, 21: קָרְבָּן בְּגָבוֹרְתִּים ibi enim abieictus est clypeus herorum, ut bene Vulg. LXX παρονθισθείη. E significatio chaldae verti possit: pollutus inquinatus est clypeus, utpote in turpi fuga abieictus, sed vulgaris et certus abiiciendi significatus magis placet.

*Hiph.* i. q. Kal. Iob. XXI, 10: שְׁרֵדוּ בְּבָרֵךְ וְאַתָּה בְּבָרְךָ bos i. e. vacca eius concepit nec respuit sc. tauri semen, i. e. abortum non patitur. Vulg. bos corum concepit, et non abortivit. Aqu. οὐκέ εἰσβαλε. Symm. οὐκέ εἰσεγωσε. LXX οὐκέ φωτόνθησε. Cf. infra sub נֶגֶל disputanda.

נֶגֶל (fastidium) n. pr. viri Iud. IX, 26, 28, 30.

נֶגֶל fastidium. Ez. XVI, 5: קָרְבָּן תְּמִימָה cum fastidio animae tuae i. e. ita ut te ipsam fastidives, i. q. קָרְבָּן; non, ut alii volunt, cum fastidio vitae tuae. Fastidium enim, ut vidimus, animae tribuitur, et קָרְבָּן ad subiectum, non ad praedictum refertur.

נֶגֶל fut. נֶגֶן increpauit, obiurgavit aliquem, ut pater filium Gen. XXXVII, 10: וְאַתָּה כִּי נֶגֶן et increpauit cum pater eius. Ruth II, 16. Jer. XXIX, 27. Constr. e. acc. et נֶגֶן id. Aeth. ΚΑΖ: elan-

mavit Marc. IX, 26, XXV, 27. Affine est arab. جَارِيَّةَ يَنْجِيَّتْ, alta voce rogavit, supplicavit cum gemitu et placitu Cor. 23, 66). Saepe dr. de Deo, hostes suos increpante Jes. XVII, 13. LIV, 9. Ps. IX, 6. LXVIII, 31. CXIX, 21, maxime ut eos compescat et absterreat a conitibus impiorum Zach. III, 2: דְּבָרָךְ רָחָם בְּנֵי אָדָם Domini increpet te, Satana! i. e. cohicibat, coercerat te. Malach. III, 11: לְכַדְּבָּקְתָּה כְּבָדָקְתָּה coercede robis (in vestrum commodum) conestorem i. e. animalia voracia et noxia. II, 3: וְהַנְּגָן אֲתָּה כְּבָדָקְתָּה ecce increpabo robis semen, i. e. vetabo semini, ne in horrea vestra intreret, denegabo vobis messem vestram. (Etiam apud

Arabes حَمْدَنَةَ increpauit dr. pro compescenit v. e. dolorem Ibu Dordid 133, et aram. נֶגֶן e. acc. rei et נֶגֶן personae denegavit aliqui, ut ap. Malachi. Cf. Carm. Sam. II, 16). Refertur etiam ad mare, quod a Deo increpatum exarescit. Ps. CVI, 9: וְנֶגֶן בְּנֵי-סִינָה et נֶגֶן mare algosum et exaruit. Nah. I, 4.

נֶגֶר increpatio, obiurgatio, maxime liberorum a parentibus. Prov. XIII, 1: הַרְגֵּזְתָּה תְּבַשְּׂרָךְ וְאַתָּה וְאַתָּה et irrigor non curat obiurgationem. XVII, 10, stultorum a sapientibus Eccl. VII, 5, militum ab hostibus Jes. XXX, 17. Usurpatur deinde de Deo hostes increpante, iisque exitium

parante Ps. LXXXVI, 7. LXXX, 7, mare compescente, ut exarescat Ps. CIV, 7. Jes. L, 2.

נֶגֶר f. increpatio, maledictio Dei, hominibus exitialis Deut. XXVIII, 20.

נֶגֶל pr. seruit, quassavit, germ. stossen. (Syr.

נֶגֶל sec. Ferr. cornu petuit, stossen). Deinde in coniugationibus passivis concensus, commotus est, pr. hin- und hergestosfen werden. Et simile ita in Kal Ps. XVIII, 8: עַמְּדָה בְּשָׁמְדָה concussa est et contremuit terra. In loco parallelo 2 Sam. XXII, 8 legitur Hithpa, in quo haec significatio erchrer est, scriptor tamen prima coniugatione intransitive usus esse videtur propter paronomasi verborum שְׁמַנִּים הַמְּשֻׁבְּצָה.

Pu. شَرَقَ id. Iob. XXXIV, 20: بَلْجَبَرِيَّةَ commouentur i. e. vacillant populi et percutuntur.

Hithpa. commotus est, de terra Ps. XVIII, 8 et 2 Sam. XXII, 8 fin., de fluctibus Jer. V, 22. XLVI, 7, 8.

Hithpo. vacillavit, titubaret ebrios. Jer. XXV, 16.

נֶגֶן (concessio, terrae motus) mons in montanis Ephraim, in cuius septentrionali parte sepultus est Josua. XXXIV, 30. Iudd. II, 9. Indo شَرَقَ شَرَقَ valles Gaas, illi monti subiectae. 2 Sam. XXIII, 30. 1 Par. XI, 30.

נֶגֶן corpus, v. נֶגֶן.

נֶגֶן chald. ala, v. נֶגֶן.

נֶגֶן rad. immisit. et dubia. Arab. جَعْفَةَ afficit, diriter tractavit. Inde fort.

נֶגֶן n. pr. viri Neh. X, 21, qui idem putatur atque شَرَقَ (interpretari possit: dure tractans coctum, شَرَقَ ab شَرَقَ congregavit).

נֶגֶן rad. imusitata, quam idem fere valuisse suspicor quod نَجْنَنَ curvus, inflexus fuit. Inde apud Arabes جَفْنَنْ cilium, palpebrae (cf. حَسْدَنْ supercilium) it. palmes, Weinrebe (ab inflectendo dictus). Usurpatur quidem وَجْنَنْ et جَفْنَنْ a Saadia aliquoties (Gen. XL, 9. XLIX,

11) pro hebr. נֶגֶן, pro more huius interpretis, vocabula hebreis consona arcessendi, sed proprie palmitem notare, testis est Firuzab. p. 1733, qui explicat أَصْلُ الْكَوْمَ جَفْنَنْ explicat أَصْلُ الْكَوْمَ جَفْنَنْ. اَوْ قَبَانَةٌ اَوْ صَرْبٌ مِنْ الْعَنْبَرْ أَوْ قَبَانَةٌ اَوْ صَرْبٌ مِنْ الْعَنْبَرْ A significatione curvi et inflexi est etiam scutella, paropsis, et جَفْنَنْ II. IV.

multum coivit, cf. lat. incurvavit. Significatio putandi, amputandi, quam hinc radici tribuit Simonis, ut item a putando ducat, minime sequitur ex hac Lexicographorum glossa: „**جَنْقَلٌ** ingulavit canclam, et carnem comedendam dedi in parepside”, haec enim significatio secundaria est et a parepside dueta, q. d. *aufschässeln*. Olim in Lex. min. conieci, radicem ፲፻፻, ut apud Samaritanos (Gen. XL, 56) esuriendi et sitiendi vim habuisse, et idem valuisse atque ፲፻፻, quod Ez. XVI, 7 de sifentibus vitis radicibus ponitur; sed illud nunc praefero. Inde

**جَنْقَلٌ** c. Suff. ፲፻፻ plur. **جَنْقَلَاتٍ** comm. (sed masc. rarius Hos. X, 1. 2 Reg. IV, 39) *palmes*, et planta palmites habens, maxime *vitis*, quae tamen, ubi maiore accurateione opus videbatur, ut in legibus, ፲፻፻ ፲፻፻ vocatur Num. VI, 4. Iudd. XIII, 11, raro de aliis plantis similibus, ut ፲፻፻ ፲፻፻ 2 Reg. IV, 39 *palmes agrestis*, in quo euuenieres agrestes crescent. (Cf. quae supra de arab. **جَنْقَلٌ** observavimus. Syr. ፲፻፻, chald. ፲፻፻, **جَنْقَلٌ** vitis, sed in Plur. **جَنْقَلَاتٍ** etiam labruscae vitesque agrestes). Creberrime dein simpl. *viten* denotat Gen. XL, 9. Jes. VII, 23. XXIV, 7. XXXII, 12. Iudd. IX, 13 sp. *Sedere sub vite sua et siccus sua* Mich. IV, 4. 1 Reg. V, 5 et comedere de *vite sua* 2 Reg. XVIII, 31. Jes. XXXVI, 16 formidae sunt felicem et tranquillam civium conditionem depingentes. *Vitis generosa* figurate designat generosiorum hominum indolem Jcr. II, 21 (cf. Jes. V, 2), et contra *vitis peregrina*, *vitis Sodomica* (Jer. l.c. Deut. XXXII, 32) indolem ignobilem et degenerem. Quod ad posterius attinet, pessimum quoddam vitium genus in vicinia maris mortui provenisse videtur, quemadmodum etiam poma Sodomita, cinere intus repleta a scriptoribus celebrantur (Jos. bell. iud. IV, 8 §. 4. Hasselquist. itin. p. 560, cf. Sap. 10, 7). In universum autem Hebraeorum poetae *vitem* allegorice de populo Israëlitico frequentant Ps. LXXX, 9. Ez. XIX, 10. Hos. X, 1 cf. Jes. V, 2 sq.

— · · · —  
**جَنْدِلٌ** rad. inuisit., quae idem notasse videtur quod radix affinis ፲፻፻ incurvatus est, more gibbi. Inde

**جَنْدِلٌ** m. 1) *dorsum* i. q. ፲፻፻. Semel legitur metaph. Prov. IX, 3: **جَنْدِلٌ عَلَى دُرْجَاتٍ** *super dorsa excelsorum urbium* i. e. in excelsis urbium partibus. ፲፻፻-፲፻፻ h. l. vix differt a chald. ፲፻፻-፲፻፻ *super*, de quo vide p. 256 A. (In Vérs. Sam. ፲፻፻, lege ፲፻፻ vel ፲፻፻, gibbosum notat). — 2) *corpus* (cf. ፲፻፻, ፲፻፻). Ex. XXI, 3: **جَنْدِلٌ مَوْلَى** **جَنْدِلٌ** si cum solo corpore suo i. e. caelebs, sine uxore et liberis *venit*, ita *excitat*. Cf. Vers. 4. LXIX **مَوْلَى**. Cod. Sam. ፲፻፻, qua forma can hand dubie inculcare volebat interpretationem, et si minime probandam, quana a Kimchi quoque commemoratam Vulg. expressit: *cum vestimentis suis*, ut ፲፻፻ sit ex usu aramaeo i. q. ፲፻፻ ora vestis.

**جَنْدِلٌ** chald. *ala*. Plur. ፲፻፻ Dan. VII, 4, 6, et saepe in Targg. pro hebr. ፲፻፻. Syr. ፲፻፻, zab. ፲፻፻, ፲፻፻ *ala*, brachium, hebr. ፲፻፻ id. *Dorsi* significatio, quam habet ve. in lingua hebraea, ad quamlibet superficiem et nominatum *latus* translata esse videtur (v. ፲፻፻ p. 256 A), a latere autem *fluxit alae* significatio. In ultraque, lateris et alae, significatione inventiuntur etiam formae med. Num. chald. ፲፻፻, sam. ፲፻፻, sic enim *Iegidum* Gen. I, 21 pro ፲፻፻, ubi codex habet ፲፻፻, arab. **جَنْقَلٌ** ad latus declinavit), haec tamen formae (quibus fortasse etiam ፲፻፻ *ala* amummerari potest) secundariae esse videntur, ita ut Num ex Dagesch forti resoluto ortum sit.

**جَنْقَلٌ** vel **جَنْدِلٌ**, nonnisi in Plur. ፲፻፻ Ez. XII, 14. XVII, 21. XXXVIII, 6. 9. 22. XXXIX, 4 pr. *alae sc. exercitus*, *Heeresflügel*, et poët. de ipsis copiis, a quibus discernuntur populi (XXXIX, 4). Respondet chald. ፲፻፻ plur. **جَنْقَلَاتٍ** Cant. V, 11 Targ. i. q. ፲፻፻ cum Aleph prosthetic. *Alae*, uti Latinis (Cic. Off. 2, 13. Liv. 51, 21. Lipsini de milit. rom. 2, 7) et nostris, ita Semitis dienuntur turmae, maxime equestres, quae lateribus acie adiici solebant, eoque magis ad rem accommodata est hæc translatio, cum ipsum ፲፻፻, ut vidimus, proprie *latus* denotet. Sic apud Arabes est **جَنْدِلٌ** *الجَنْدِلُ* *ala equitatus* lüst. Tim. II, 22 Mangu, cf. I, 322. II, 614, Motanabbi in de Sacy chrest. arab. I, 343. coll. scholio arab. T. III. p. 119; in Cod. Nasor. I, 82: **جَنْدِلٌ** **جَنْدِلٌ** *الجَنْدِلُ* *ala et cohors alarum*, cf. I, 32 lim. 19; in lingua hebraea ፲፻፻ de *toto exercitu* Jes. VIII, 8. XVIII, 1; in chaldaea ፲፻፻ Num. XXIX, 24 *alae* de copiis militaribus Targ. Jonath. Non igitur erat, quod Eichhornius sub h. v. observaret, „nec vestigium vel leviter expressum extare, ex quo pataret, quae Latinis *cornuta* sunt, et Orientalibus *alas* dicta esse.“ Verum viderunt e vett. Vulg. (*Cagmina*), Chald. (جَنْقَلَاتٍ *exercitus*), Symmach. ap. Syr. Hexapl. (جَنْقَلَاتٍ *alae*), Abulw. et Kimchius, qui fidum recte ad Jes. VIII, 8 provocarunt. — *Brachii* significatio, quam sub ፲፻፻ habent Rabbini, quanque Mich. in Suppl. ad exercitum translata esse vult, nostræ cognata est, si quidem brachium est hominibus, quod ala avibus (cf. ፲፻፻, ፲፻፻) et brachium utique ad exercitum transfertur (vide s. ፲፻፻); attamen *alae* significatio et certior est et magis analogia. Minus etiam probabilis A. Schult. conjectura, in Lex. hebr. spec. qui *milites loricatorios* s. equites cataphractarios intellegit, coll. جَنْقَلٌ congregavit II. cataphracta operuit (equum); جَنْقَلٌ agmen, caterva hominum, cataphracta equi, itemque chald. ፲፻፻ clausit, conclusit, **جَنْقَلٌ** *cataphracta* peribolo, lorica cinctum.

**גָּרְבָּה** rad. imm., quae eandem vim habuisse videtur, atque **גָּרְבָּה** et **גָּרְבָּה**, nimurum *texit, obduxit*. Comphura certe vee. a rad. **גָּרְבָּה** ducta, etiam per a scribuntur, ut **גָּרְבָּה** et **גָּרְבָּה**, syr. et nasor. **גָּרְבָּה** invocatum palmae, et contra hebr. **גָּרְבָּה**, arab. **كَبُرَتْ** sulphur. Sie ἀπατε λεγόμενον.

**גָּרְבָּה** Gen. VI, 12 pr. *piceam* i. q. **גָּרְבָּה** notasse suspicor, et **גָּרְבָּה** cum Ursino, Jo. Simonii al. interpretor: **arboreas piceas, resinosas**, quales sunt pinus, abietes, cypressi, cedri aliaeque huius generis arbores fabricandis navibus adhibebat. V. **גָּרְבָּה**. E vett. intpp. Targg. et Gr. Venet. *cedrum reddunt*, gr. anon. *buxum* (**εἶνι πλάσιον πεξίσιον**), Syr. **لِعْنَهُ luiperum**, uterque Arabs شمشار, Sam. **سَمَّسَ** (cf. arab. سَمَّسَ), quae posteriora vee. tamen incertae significationis sunt. Certum quoddam arborum genus designari, non dubium est: male igitur LXX **ξύλα τερηγύρων**, Cod. Vat. **λαρπτα**, Vulg. ligna laevigata. Melius Hier. bituminata. E recentioribus Bochartus (*Phaleg* I, 4) et Celsius (*Hierob.* I, 328) **גָּרְבָּה** *cupressum* esse volunt, ad soni etiam similitudinem provocantes.

**גָּרְבָּה** f. *sulphur*. Ductum est hoc ve. a proxime praecedente, et fortasse pr. *piceam*, *resinam* notat petiatam ab arboribus **גָּרְבָּה** (terminatio enim **גָּרְבָּה** originem ex aliqua re indicat), postea ad alias materias ardentes, etiam fossiles, translatum est. (Syr. **فَمَدْعَثٌ** et **لَمَدْعَثٌ** v. Schaafer Lex. syr. et de Dieu Gramm. harm. p. 19, arab. **كَبُرَتْ** unde novum verbum **كَبُرَتْ** sulphure illevit, chald. **كَبُرَتْ**, **كَبُرَتْ**, **كَبُرَتْ** (sc. id.) Gen. XIX, 24. Dent. XXIX, 23. Ies. XXX, 33. XXXIV, 9. Job. XVIII, 15. **נִירְבָּה** Ps. XI, 6. Ez. XXXVIII, 22.

**גָּדֵד** inquinilus, vicinus, v. rad. **גָּדֵד** no. 1. Sec. non nullos etiam: pes montis, v. ibid.

**גָּדֵד** peregrinus, v. rad. **גָּדֵד**.

**גָּדֵד** calx, v. rad. **גָּדֵד**.

**גָּדֵד** catulus, v. ibid.

**גָּדֵד** rad. inuisit. Arab. **جَبَبَ** scabiosus fuit, **جَبَبَ** scabies, **جَبَبَ** et **جَبَبَ**, scabiosus, v. Avic. ap. Castell., cf. syr. **جَبَبَ** leprosus factus est, **جَبَبَ** lepra, **جَبَبَ** syr. et zab. leprosus. Primaria significatio in scabendo et radendo esse videtur (ut nostr. *Kräfte, kratzen*; scabies a scabendo), quam notionem plures prae se ferunt radi-

ces' a **גָּדֵד** ordientes et radendi sonum quodammodo imitantates. V. **גָּדֵד**, **גָּדֵד**, **גָּדֵד**, cf. **גָּרְבָּה** et **גָּרְבָּה**. Inde

**בָּרְבָּה** m. *scabies*, fort. scabici quoddam genus malum. Lev. XXI, 20. XXII, 22. LXX **ψύχους ἄγρια**. Vulg. scabies iugis. Targg. Syr. Saad. vc. hebraicum retinent.

**בָּרְבָּה** (scabiosus) n. pr. 1) unius ex tribunis militum Davidis 2 Sam. XXIII, 38. 1 Par. XI, 40. 2) collis in vicinia Hierosolymorum (**בָּרְבָּה תַּחַת**) Jer. XXXI, 39, collis leprosorum, probabiliter ita dictus, quia leprosi ex urbe expulsi ibi habitabant. De alio quodam huius nominis colle v. Lightfoot Opp. II, 190.

**בָּרְבָּה** quadril. inuisit. Chald. **אֲרַבְּבָה**, **אֲרַבְּבָה**, **אֲרַבְּבָה** argilla, gleba, syr. **لَمَدْعَثٌ** (quod a Lexicographis explicatur **الطبخ**), arab. **جَرِيْسَ** coquum nigrum. Inde

**גִּירְגָּזָעֵס** (in solo argillaceo habitans) *Girgasaeus*, coll. *Girgasaei*, populus Cananiticus, de cuius sedibus ex ipso V. T. non constat Gen. X, 16. XV, 21. Jos. XXIV, 11. LXX. cum Josepho Ant. 1, 6 §. 2 *Γέργεσαῖς*. Eusebius in Onom. cum trans Jordanem habuisse tradit. *Τερεσσέας ἐπέκεινα τοῦ Ἱερολέοντος πασακεύμενή πόλις τῷ Γαλαάδῳ*, ἦν ἔλαβε φυλὴ *Μαασθῆ* αὐτὴ δὲ λέγεται εἰσαὶ ἡ *Γέργεσας πόλις ἐπίσημος τῆς Λορθίας τινὲς δὲ αὐτὴν εἴναι τὴν Γαδάρας φύοις*, cui posteriori sententiac idem alibi (s. v. *Τέρεσσα*) calculum addicere videtur, neque alter Procop. *Cazarus* in Comment. ad Gen. l. c. *Gergesaei insederant Gadarae et Gergesae finitimam regionem et solitudinem, quae praetenditur stagno Tiberiadis*. Ihius nominis oppidum in vicinia maris galilaei agnoscit etiam Origenes (Opp. T. IV, p. 140) ad Matth. VIII, 28, ubi pro *Γαδαρηνῶν* (quod equidem verum existimo v. not. ad Burekli. Itin. Syriae pag. 558), alii codices *Γέργεσην*, alii *Τέρεσσην*: *ἄλλα Γέργεσα, οὐκοῦν, ἀφ' οὗ οἱ Γέργεσηνοί, πόλις ἄρασα, περὶ τὴν τινὰ καλουμένην Τίβεριαδὸς λιμνὴν, περὶ τὴν κηφαλὴν παρασείσιος τῇ λίμνῃ*, *ἀφ' οὗ δεῖκνυται τοὺς γοΐσιους ἐπὶ τῷ δαμόσιον καταβεβλησθαί*. Mili probabile, *Τέρεσσην* esse generale et antiquum nomen incolarum totius regionis i. q. **גִּירְגָּזָעֵס**, urbis *Cerasae* (چراش) nomen autem extruso a ex hoc coortum esse.

**בָּלְבָה** rad. in Kal. inuisit. Chald. syr. arab. **בָּלְבָה**, **بָּלְבָה** scabit, scalpsit, rasit, unde locusta, ita dicta, quia arbores abradit et decorticat.

*Hithpa. scalpsit se* (testa) ad pruritum sedandum. Job. II, 8.

I. **-rad.** in Kal inus. Arab. **غَرِيزٌ** valde iratus  
 fuit, irae nimis indulxit. Conj. IV. instigavit, v. c. canem  
 Har. II. 62. 68 Schult., excitavit inimicitias Cor. 5. 17.  
 53. 60. Ham. Schult. p. 410, adde Dschauh. ap. Schult. ad  
 Prov. p. 419. 420 et J. W. Schroeder in Observatt. ad Ps.  
**X** p. 18. Aram. **רָגַז**, **רָגַזְתִּי** irritavit, incitavit ad litigan-  
 dum, **רָגַזְתָּ** irritatus, litigiosus fuit, **רָגַזָּה**  
 irritatio, cf. etiam **רָגַזְתִּי** incitavit, provocavit. In lin-  
 gua arab. practerea cognata videtur rad. **رَجَزْ** I. V. VIII.  
 animosus, audax (fort. asper) fuit, Conj. VIII etiam irri-  
 tavit, sequ. ب, unde **رجُوزٌ** audax, راجرا ad iram proelivis,  
**رجُوزٌ** andacia. Primariam significationem Schult. l. c. ponit  
 in agglutinando, unde pr. mordicus adhaesit canis, malum  
 in animi *asperitate* et *ansteritate*, quac ad morositatem et  
 iram translata sit, nostr. *kratzig* de homine aspero, mo-  
 roso, ad iram et lites proelivi. Hanc enim vim plurimas  
 radd. a syllaba **رج** incipientes prae se ferre supra vidimus  
 (v. ۲۶۵). Sic Syri in una radice habent **رَجَزْ** scabies (a  
 scabendo) et **رَجَزْ** irritavit (pr. asperum, iratum, litigio-  
 giosum fecit).

*Pi. רָהַ excitat item. Ter sequitur נִזְנֵן. Prov. XV, 18: חֲרָבָה אֶת־בָּהָרָה וְאֶת־שָׁבֵת iracundus excitat item. XXVIII, 25. XXIX, 22.*

*Hitherto, pr. se ipsum excitavit ad iram, ad item, ad pugnam, inde c. irritatus, ira percitus est. Prov. XXVIII, 4: בְּבָבְרַיְלָה תְּשִׁבְכְּרִי legis observantes irati sunt contra eos. Dan. XI, 10 init. — 2) bellum iniit c. aliquo. Sequ. ב. Deut. H, 5. 19: בְּבָבְרַיְלָה תְּשִׁבְכְּרִי ne bellum cum iis geras. Comm. 9 et 24 insuper additurn  
תְּשִׁבְכְּרִי. בְּבָבְרַיְלָה bellum init cum Jehova Jer. L, 24. 2 Reg. XIV, 10: בְּבָבְרַיְלָה תְּשִׁבְכְּרִי quare laecessat ad pugnam provocatis infirmatum? Absol. Dan. XI, 10:  
בְּבָבְרַיְלָה תְּשִׁבְכְּרִי bellum geret penetrabit usque ad arcem eius. Vers. 25: בְּבָבְרַיְלָה excitatibus se surget ad pugnam. (Syr. Ethpe, irritatus est, it bellum init, pugnat, v. Mich. Supplenum, Barhebr. p. 219).*

**II. גָּרָגֵץ** i. q. **גָּרָגֵץ** no. 1, 4 gargarizavit, nisi forte  
utraque radix ab *asperitate* proficiatur, cf. Ps. LXIX. 4,  
ubi guttur raucum memoratur, et quae diximus ad no. I.  
Inde.

**גָּרְנוֹן** constr. **גָּרְנוֹן** m. *guttur, fances.* Memoratur  
1) tanquam instrumentum loquacae. Ps. CXLIX, 6: **הַמִּזְבֵּחַ אֶת־לְaudes Dei sunt in gutture in ore eorum,**  
CXV, 7. V, 10: **קְרָב קְרָב קְרָב** seculorum apertum est  
guttur eorum. Significantur sermones blandi alis homini-  
bus seputeri patentis instar extima parantes. Jes. LVIII, 1:  
**קְרָב קְרָב clama guttare** i. e. plena voce, pleno ore.  
Qui enim voce submissa loquuntur, labios tantum et ante-

riore clausi oris parte utuntur (1 Sam. I, 13), qui alta voce clamant, hi ore aperito e gutture et pectora verba propulsant. Memoratur b) guttur raucum et sibilans Jer. II, 25. Ps. LXIX, 4. Contentum c) guttur dicitur de extremitate collo, ut lat. *guttur*, *gula*. Jes. III, 16: תְּבַשֵּׁר גָּתָר gutture in altum erecto. Ez. XVI, 11.

תִּנְגַּרְתָּ f. *lis*, *litigatio*. In Targg. saepe pro hebr. רִיב, רִיבָּן, cf. syr. *لِيْلِس* *lis*, *contentio*, et *لِتِيجُوس* *litigious*. Ps. XXXIX, 11: *לְבָנֵי אָנָה נִצְחָנָה בָּרֶךְ* *sub litibus manus tuae consumor*. Intelliguntur verbera, plagae Dei punientis. Deus enim homines puniens eum in litigare dicitur (v. *רִיב*, *תִּנְגַּרְתָּ*). Quod peculiarem radicem *רִיבָּן* statuit Buxtorf in Lex. Talmud. p. 2564, minime probandum, neque certa *baculi* significatio, quae ve. nostro ibi tribuitur: locis enim laudatis legendum *בָּאָכָל* *baculus*, scipio, sceptrum.

**פָּרָז** rad. in Kal inusit. i. q. בְּגַזֵּר (q. v.), arab. جَزَرْ *secuit, resecuit, segregavit, it. comedit, voravit, unde sam.* ἈΓΓΑΛΙΙ *Iocasta.*

Niph. i. q. נִפְחָד Niph. no. 2. Ps. XXXI, 23: נִפְחָד excisus s. exclusus sum e conspectu tuo; cf. נִפְחָד Ps. LXXXVIII, 6. 14 codd. etiam Ps. XXXI scribunt נִפְחָד.

**גִּרְזֵין** (ad formam **קָרֶב**) vel **גִּרְזֵי** (in terra deserta  
habitans, cf. arab. **جَرْزِي** terra sterilis, herba carent, v.  
sab ve. **גִּרְזֵה** p. 279 A) *Gerizaeus*, vel *Girzaeus*, n. pr.  
populi in vicinia Philistiae a Davide debellati, 1 Sam.  
XXVII, 8 Chethibh, cum in margine sit **גִּרְזֵה** (v. 279 B).  
Pariter atque *Anatoliceas*, quibuscum hic populus una com-  
memoratur, *deserticola cananæas* originis fuisse videtur,  
cuius aliud quoddam vestigium reperisse *nihil* videor in  
nomine montis *Garizim*, de quo profinus.

**גָּרִיזִים**, ubique **הַר גָּרִיזִים** *mons Garizim*, mons in montanis tribus Ephraim, e regione montis Ebal situs, in quo benedictio in legis observatores promulgata (Deut XI, 29. XXVII, 12. Jos. VIII, 33), post exilium templum a Samaritanis, domestici cultus sedes futura, exstructum est (Jos. Arch. XI, 7 §. 2, 8, §. 2, 4, 6). In codice Samaritano (qui iunctim **הַר גָּרִיזִים** scribere solet) praeterea huius montis nomen legitur Deut. XXVII, 4 pro hebr. **תְּבֵן**, et in duabus pericopis post Ex. XX, 17 et Deut. V, 21 insertis, ubi autem tantum non certum est, genuinam scripturam a Samaritanis adulteratam esse, ut novo cultui domestico colorem quaererent et auctoritatem. Quum enim ea Palacitiae loca prae caeteris sancta haberentur, in quibus iam Patriarcharum Mosisque tempore sacra facta esse memoria proditum erat, contextum ita adulterantes id spectabant, ut in suo monte, non in Ebal vicino, altare a Mose exstructum crederetur. Vide quae Iandavimus in Comment. de Pent. Sam. p. 61. Quod ad

originem huius nominis attinet, הַר גְּרוֹזִים, ut putem proprio montem Gerizacorum notare (v. גְּרוֹזִים), ab illius genti colonia quadam, quae ibi forte conserderit, pariter atque Amalceitae, Gerizaci vicini, alii in eadem tribu monti nomine (גְּרוֹזִים) Iudd. XII, 15) dederunt. Codicis Sam. scriptura possit etiam mons locustarum verti, a sam. גְּרוֹזִים locusta Num. XIII, 34. V. Reland. de monte Garizim in Dissertatt. miscell. P. I. no. 5.

**גְּרוֹזִים** m. *securis*, a secundo dicta, instrumentum lignarii Deut. XIX, 5. XX, 19. Jes. X, 15, lapidarii 1 Reg. VI, 7. Syllaba גְּרוֹזִים in fine adiecta quadrilittero formando inservit, cf. Lehrgeb. p. 864. Vocabula cognata sunt קְרָזָה (zab. קְרָזָה) securis, it. قُصْرَنْ, كُثْرَنْ, קְרָזָה, كُثْرَه, كُثْرَنْ, كُثْرَه, كُثْرَنْ, quae formae omnes securum notant, qua arbores caeduntur, quibusque prope accedit hebr. קְרָזָה q. v.

**לְבָדָה** rad. Hebracis inuisit. Arab. لَبَدَ lapidosus fuit Kam. p. 1412, quod ductum est a nomine لَبَدَ lapides, unde etiam لَبَدَ locus lapidosus.

**לְבָדָה** dubiae auctoritatis ve., quod legitur Propt. XIX, 19 Chethibbi: לְבָדָה בְּדָה, pro quo in Keri multis que codd. לְבָדָה בְּדָה qui magnae iracundiae est, valde iracundus. Priori scripturam, tanquam exquisitionem et doctorem, praferunt A. Schult. aliisque, nostrumque ve. linguae hebraecas vindicare student. Ac Schultensius reddidit: *asperum* (pr. scroposum) *iracundiae*. „Inde, inquit, scroposus pro aspero et iracundo. Pro eo et squarrosum in veteri lingua, unde Lucil. Varonum et rupicunum squarrosa incondita rostra. Apud Arabes, pectus glarosum, glareis obsumis [velutin] indicasset, quo ve. glaream notante in hac re utantur Arabes] est morosum, iracundum, facilime exasperatum.“ Addi possunt, quae supra (s. rad. לְבָדָה) observavimus de radicibus a בְּדָה ordinetibus scabriti et asperitatem notantibus: tamen mihi non plane persuasi, לְבָדָה hoc significatu linguae hebraecae thesauro vindicandum esse, et scriptura marginalis, quam tuentur etiam vett. intpp. (Theod. μεγαλοθυμος. Vulg. impaticiens), eti facilius et, ut volunt, dilutio fortasse pro vera habenda est. Cf. quae vulgari Criticorum canoni de scriptura difficultiore praferenda nuper opositus Olshansken (Emendationes ub. das A. T. p. 15). Adiectivum לְבָדָה substantivo לְבָדָה inunctum habes etiam Dan. XI, 44: לְבָדָה לְבָדָה, 2 Reg. XXII, 13. 2 Par. XXXIV, 21: לְבָדָה לְבָדָה, cf. Jer. XXXVI, 7. Zach. VIII, 2.

**לְבָדָה** plur. לְבָדָה et לְבָדָה m. 1) *sors*, pr. lapillus, calculus, quo in sortiendo uti solebant, cf. gr. ἀπόστριψις. Lev. XVI, 8 sq. 1 Par. XXIV, 7. 31. XXV, 8. XXVI, 13 etc. De sorte iaciendo utantur verbis לְבָדָה Jos. XVIII, 6. 7. Joel IV, 3. Obad. 11, לְבָדָה Jos. XVIII, 8 sq.

Ps. XXII, 19. Jes. XXXIV, 17. Esth. III, 7. Neh. X, 35, לְבָדָה Prov. XVI, 33, לְבָדָה לְבָדָה sors iacta Jonam designavit. Ez. XXIV, 7: *educa eam membratim* לְבָדָה לְבָדָה נֶאֱמָן nou facietur sors super eam i. e. et omnes sine discrimine et delectu pereant. De sorte aliqui ex concussa hydria exente dictum צְלָה גְּרוֹזִים Lev. VI, 9. Jos. XIX, 10, et צְלָה גְּרוֹזִים Num. XXXIII, 51. Jos. XIX, 1 sq. Res, de qua sortes consulabantur, c. c. צְלָה Ps. XXII, 19. Joel IV, 3. Obad. 11. Sortibus autem uti solebant in dividenda hereditate Jos. XV. XVII. XIX, praeda Ps. XXII, 19. Joel IV, 3. Nah. III, 10, in iudicio sacro ad inveniendos reos Jos. VII, 14. Jon. I, 7, in deligendis hominibus ad munus aliquod suspiciendum Num. XVII, 1 sq. — 2) quod sorte aliqui obtigit, maxime pars hereditatis, terra, quae hereditate aliqui obtigit. Iudd. I, 3: אֲנָשִׁים אֲנָשִׁים ascende mecum in terram sorte acceptam. Jes. LVII, 6. Ps. CXXV, 3. Metaph. de sorte hominibus divinitus concessa. Ps. XVI, 5: גְּרוֹזִים גְּרוֹזִים tu sustentas sortem meam. Dan. XII, 13: גְּרוֹזִים גְּרוֹזִים et surges, ut sortis tuae (in regno messianico) particeps fias, cf. Apoc. XX, 6: מַעֲזָה וְאַתָּה מַעֲזָה ēr iñānūtāsā. Jes. XVII, 14. Jer. XIII, 25.

חַבָּה (latibulum) n. pr. oppidi a sinistro i. e. a septentrione Damasci, semel legitur Gen. XIV, 15, cf. Χωρά Judith XV, 5 et IV, 4 (ubi tamen equidem scribere malum Νόγα i. e. el-Ghor, Syr. ܐܳܰܰ). Eusebius in Onomast. v. Χωρά hoc oppidum idem esse putat atque Κοτζάρη, Νόγα, quod est Batanaeum oppidum, Nazaracorum et Ebionitarum sedes (Epiphanius, adv. haeres. p. 123, 126, 142, 291. Euseb. h. eccl. 1, 7); sed male, quoniam hoc ab austro Damasci situm sit et sat magno spatio ab eadistet, illud a septentrione; et minus etiam forenum, quod RELANDUS (Palast. pag. 727) Chobam *Caucabam* (គុកប) esse suspicatur, arem in monte, qui Tibériadi impedit (v. SCHULT. ind. ad vit. Salad. v. *Cauchebu*) atque GRIMMIES (in mappa Palast.) Chobam facit *Kau-kabam* vicum ab austro Damasci (ВІСКИАНДТ itin. II, 548). Quod vero TROILO (oriental. Reischbесhr. p. 581) a septentrione Damasci memorat vicum hodie superstitem *Choba*, id mihi valde suspectum, quoniam eundem faciat Ebionitarum sedem, et alii (v. BESCHINGH Erdbeschhr. p. 368 ed. 3) hunc locum *Jobar* appellant.

חַבָּה (quem Jehova occultat i. e. tuetur) n. pr. viri Esr. II, 61 pro quo מְבָדֵל Neh. VII, 63.

חַבָּה m. *velamen.* Hab. III, 4. חַבָּה (absconditus i. e. protectus, verbale part. Niph.) n. pr. viri 1 Par. VII, 34.

חַבָּה (occultus, verbale part. Niph.) n. pr. viri Num. XIII, 14.

חַבָּה fut. חַבָּה fuste decussit, excusset a) poma olivasque de arbore Deut. XXIV, 20. Jes. XXVII, 12, b) frumentum excusset baculo Iud. VI, 11. Ruth II, 17. (Arab. حَبَّة I. VIII. fuste decussit folia ex arbore, حَبَّة folium decussatum. Latius patet apud Syros et Chaldaea حَبَّة, مَهْبَة, quod non solam ponunt pro hebri. חַבָּה, sed etiam pro concusset Marc. IX, 18, 20 Pesch. Aeth. hac significacione habent ΗΩΠΩΣ, π in sibilum mutato).

Niph. pass. Kal litt. b. Jes. XXVIII, 2.

**חֶבְלָה** fut. חֶבְלָה Deut. XXIV, 6, saepius חֶבְלָה Ex. XXII, 25. Deut. XXIV, 17, pl. חֶבְלָה, in Pausa חֶבְלָה Iob. XXIV, 3. 9.

1) *ligavit, funem adstrinxit, contorsit, unde חֶבְלָה funis.* (Arab. حَبْلٌ fune strinxit; quae verbi significatio abest quidem a Golio, sed vide Firuzabad. p. 1219, it. retia tetendit, حَبْلٌ funis, chorda, vineulum, it. frenum, حَبْلٌ rete, decipula. It. حَبْلٌ fut. O. ligavit.

Cognatae radd. sunt חֶבְלָה, חֶבְלָה, it. I et r permutatis חֶבְלָה, חֶבְלָה, atque media radicali emollita חֶבְלָה, cf. p. 393 A). Part. חֶבְלָה pr. constringens, colligans, poët. pro *fune*. Ita intelligendum nomen parabolicum baculi s. pedi Zach. XI, 7. 14 nimurum *pedum ligaminum s. funium*, i. e. foederis, quo fracto irritum fit foedus fraternum.

Comm. 14. Cf. arab. حَبْلٌ foedus, حَبْلٌ foedus init. LUD. DE DIEU: „Nos vertimus foederatos. Nam حَبْلٌ non modo *funem*, sed et in Alcorano saepe *foedus* significat [v. c. XLVI Cor. 3, 97, plur. حَبْلٌ Cor. 20, 69], quia solemnis Orientalibus ritus est, *funem* nectere seu nodare, quem *foedus* ineunt, quod حَدَّ dicunt Arabes, et eundem rursus endare, seu nodum dissolvere, quinum *foedus* frangunt, quod تَفْعِن ipso dicitur.“ Ex vett. Alex. Symm. Aqu. ὥστηνος, Vulg. *funiculus*, ex recentioribus ita CALVINUS, FULLERUS (Misc. 6, 17) al., quorum nonnulli tamen חֶבְלָה legunt, praeter necessitatem. Alii, ut Buxtorfus in viñdd. p. 557, interpretantur: (baculus) *perdendum* (v. Pi. no. 2) vel *dolorc efficientium* (v. Pi. no. 1) i. e. irae et severitatis, opp. baculo חֶבְלָה i. e. gratiae et clementiae, Luth. *der Stab Wehe* (opp. Stab *Sanft*): sed prorsus invita orationis serie, ex qua appetit, hanc baculum pariter atque priorem beneficiorum divinorum, non pectorum symbolum esse. Varias veterum et recentiorum interpretationes collegit et diuidit Jo. GE. ABICUT in diss. de baculo iucunditatis et corruptum, Lips. 1704, repetita in Thes. theol. philol. novo I, p. 1092 sqq.

2) *pighore obligavit aliquem, nostrum, jemandan pfunden* (cf. germ. *Pfund*, germ. inf. *Pand*, lat. *pignus*, quae eiusdem originis esse atque *binden*, *Band* didum monstrarunt Etymologi, v. ADELUNGII III p. 705. Arab. حَبْلٌ mutuo dedit, حَبْلٌ aes alienum, foenus, v. Kamus. p. 1434, syr. حَبْلٌ debitum, usura, foenus, chald. حَبْلٌ (id.). Inde a) *pignus accepit* vel *potius abstulit* ab aliquo. Iob. XXII, 6: חֶבְלָה חֶבְלָה יְהִי nam *pignora abstulisti a fratribus tuis gratis* i. e. temere, praeter ius et Iegem. Prov. XX, 16. XXVII, 13. b) *cepit, abstulit rem pro pignore c. acc. rei*. Deut. XXIV, 6: חֶבְלָה אֲנַגְרֵת ne capiat pro *pignore molam*. Comm. 17. Exod. XXII, 25. Iob. XXIV, 3. Ez. XVIII, 16. Eodem perinet Iob. XXIV, 9: חֶבְלָה יְהִי pro חֶבְלָה נָאָרֶת.

quae super pauperem sunt i. e. vestes pauperis *pro pignore auferunt*, v. חֶבְלָה, a, a. Am. II. 8: חֶבְלָה, חֶבְלָה vestes *pro pignore ablatae*.

3) *pervertit, et intrans, perversus, pravus fuit; prave egit i. q. חֶבְלָה, חֶבְלָה.* (Syr. Pa. *prave egit*. Aethiop. חֶבְלָה: *fraus, dolus, חֶבְלָה*: defraudavit, pr. perverse egit). Neh. I, 7: חֶבְלָה חֶבְלָה *prave egimus in te*, quae optime reddidit Arabs: أَنْ أَتَسْدِدَنَا أَغْفَلْنَا بَيْنَ يَدَيْكَ cece prava fecimus opera nostra ante te. Iob. XXXIV, 31: חֶבְלָה חֶבְלָה אֲנַגְרֵת Deo dicendum est: *pertuli poenas lui non amplius prave agam*. R. Levi: חֶבְלָה אֲנַגְרֵת non perdite agam, et ita Kimchi, Sal. ben Melech, ex recentioribus MERCERUS, GROTIUS, ROSEN-MUELLERIS al. Vide Pi. no. 2, in quo haec significatio frequenter. Sunt, ut GUSSETIUS in Lex. pag. 443, 444, ALB. SCHULTENSIUS ad Iob. I. c., quibus nuper accessit Hengstenbergius (Christol. II, p. 232), qui *prave agendi* significatum coniugationi Kal abindicent, et utriusque loco *pignerandi* potestatem adhibent, modo diverso. Apud Neh. I. c. Gussetius proprio exponit: *pignora cepimus tibi*, quod in lege veitum, Schultensis: *pignore tibi obstricti tenemur ad poenas*, Iob. I. c. Gussetius Deo haec verba tribuens: *condonavi, non capio pignora*, Schultensis verba Iobo tribuens (quod praestat): *num Deo dicere licet: accepi cuius pignus non cepi i. e. quanquam pignore (i. e. criminis, iniuria) ad poenam luendam obligatus non sum, coll. dictione Arabum חֶבְלָה omnis anima in eo quod patrat pignerata est (Cor. 74, 41), et aliis, velut: omnis homo morti est pigneratus, omnis maleficius pigneratus est poena. Omnia, si quid video, longius petita, neque illa est causa idonea, cur hinc coniugationi abindicemus significacionem, quae ex primaria radicus potestate facile profluit (vide observationem etymol.), in Pi. et manifesta est et satis frequens, et praeterca Aramaicorum usus firmatur, cf. ad Pi. Ni., חֶבְלָה no. 3, et chald. חֶבְלָה prave factum).*

Niph. pass. Pi. no. 2 *perditus est, pessum ivit*. Prov. XIII, 13: *qui spernit verbum admonitionis חֶבְלָה perdetur sibi*. Opp. חֶבְלָה. Ad חֶבְלָה cf. חֶבְלָה Ez. XXXVII, 11. Sed Schultensis: ei oppignerabitur sc. ad poenam, quod non placet, v. ad Kal no. 3. Pracivit tamen quodammodo Vulg. ipse se in futurum obligat.

Pi. 1) i. q. Kal no. 1. *torsit*, inde cum *tormentis et doloribus enixa est, peperit* (cf. חֶבְלָה et cogn. חֶבְלָה, חֶבְלָה). Cantic. VIII, 5: חֶבְלָה חֶבְלָה חֶבְלָה ihu te enixa est mater tua. Metaph. *peperit (calamitatem)* Ps. VII, 15. (Syr. חֶבְלָה, zab. חֶבְלָה id.). Quum Ps. I. c. sequatur חֶבְלָה conceptus, Michaelis in suppl. 657 ad tollendum τόπερον πρότερον חֶבְלָה idem valere censem quod arab. حَبْلٌ concepit, cuius tamen significacionis in usu Hebraeorum nullum vestigium exstat.

2) *evertit, disturbavit, disicit (um- und umwenden, zerstören), inde vastavit vineam* Cant. II. 15, terram



regionibus amoenis, cf. Jos. XVII, 5. Ps. CV, 11: *faciām Cāyanacēam נְכַנְתָּה בְּכָבֵד terrā hereditāriū vestrām*. Ps. LXXXVIII, 55, 1 Chr. XVI, 18. Deut. XXXII, 9: *מִתְחַדֵּה בְּכָבֵד Jacob est hereditas eius (Dei). Iude β) universe tractus terrae. Jos. XIX, 29. בְּכָבֵד Deut. III, 4. 15. 14. בְּכָבֵד tractus maritimus Zeph. II, 5.*

6. — γ) *laqueus, pedica.* (Arab. حَبْلَة id., حِبَّة decipula, rete. Lebid. 55, حَبْلَة I. VIII. retia tetendit, reti cepit). Ps. CXIX, 61. CXL, 6. Job. XVIII, 10. בְּאֹתֶל בְּכָבֵד Ps. XVIII, 6. 2 Sam. XXII, 6, בְּכָבֵד Ps. XVIII, 5. CXVI, 3 laquei orci, mortis. Fingitur enim orcus venatoris instar laqueos tendere et insidiias struere hominibus, cf. formulam arabicam: اَحْتَبِلُ الْمُوتْ فِي حَبْلَيْهِ وَنَفَرَتْ بِهَا حَبْلَةٌ مِّنْ آنَدْفُورِ حَبْلَاهُ.

poëta vetus in Div. Hudeil.

posuistis ei rete infornuti circumretiens. Notatum ibi a Scholiaste ..... dicitur rete retum de prodigioso infornu-  
nio, nec non homine vallo et scelesto, qui et serpens

serpentium. In Lexico Golii habes حَبْلٌ malum, intel-

lige infornutionis gravius, دَاعِبٌ, ut Gjardarius explicat. <sup>11</sup>

2) Cothurnus est Aeschyl. Prom. vinct. 1071: μῆδε ποὺς Στίτις θροσεῖσα Μέντηνα τέρχεται, μῆδε ποτ' εἰπε... θ' οὐ Ζεύς ἔντις εἰς ἀγωγάς Πήδην εἰσέβαλε.... εἰδὼν τοῦ.... θεὸς ἀγωγάτος δίκτυον Στίτις Εὐαίσκεθάσεων <sup>12</sup> ήπ' αὐτοῖς. Idem Agam. 366 dabit muris Troiae iniectionum αἰγαλῶν δίκτυον et μέγαν γέγαγον Στίτις πανάλότων. Iterum vers. 1124. 1125 δίκτυον Πίδων, quanquam ibi aliud adhuc subdit, ob quod et Clytaenimestra λόρετος ή στρεψος, η στρεψατο γάρον vocatur, quippe quae fatali veste irreticerit virum, ab adultero mactandum. Haec omnia habent aliquid proverbiale. Tritum quoque έντις ἀρχίτονος ίζην Lucian. I, 767, et έντις ἀρχίτονος γέροντα p. 462. Plat. Lucull. p. 493. Eurip. Med. 1278. Philo. 982. 861. 629. Id Aeschylus cothurnate exultit Pers. 99: παρθένας διόροτον εἰς ἀρχότατα, ὅπερ ὀτε ἀταρ γεγένεται. <sup>13</sup> Laqueos pec-  
catis habes Prov. V, 22. — δ) funis, quo vntuntur pro  
freno Job. XL, 20.

2) caterva hominum (eine Bande, Rotte) 1 Sam. X, 5. 10. Cf. פְּרָגָן no. 3. LXX. γέρως.

3) *perditio, rustatio* (cf. Pi. no. 2) Micha II, 10, ubi bene Syr. et Vulg.

לְבָבָה m. *pignus* Ez. XVIII, 12. 15. XXXIII, 15, cf. rad. Kal no. 2.

חַדְתָּה I. id. Ez. XVIII, 7.

חַדְבָּה f. chald. *prava factum, ecclesus* Dan. VI, 23. v. rad. Hebrew. Kal no. 3.

לְבָבָה m. *malus nauticus*, ita dictus a funibus quibus religatur. Semel legitur Prov. XXIII, 34 de ebro: *et eris sicut cubans in medio mari לְבָבָה בְּשָׂבֵב בְּשָׂבֵב sicut cubans in capite mali nautici i. e. in carchesio.* Ita R. SAADIAS ap. Kimchium, SCHULTENSIUS, ROSENTHAL. al. Posit etiam *funis magnus, funis ancorarius* intelligi, ut לְבָבָה sit forma intensiva pro לְבָבָה, לְבָבָה, et sententia sit: *eris ut iacent in capite funis ancorarii*, sed illud magis placet. Kimchius: „, R. Jona interpretatur rem (int. sedem pensilem) ex funibus factam, natantem super aqua, ubi bituminant navem, et ex qua agnoscunt locum bituminandum: qui in ea iacet, in magno periculo est.“ Veteres intpp. omnes liberius reddunt. Vulg. sicut spotus gubernator omisso clavo. Gr. Venet. ἡσὶ καθένδον ἐν ζητὶ καλός. Chald. ut nauta dormiens in navi. Contextum minus perpendisse videtur Ewaldus (gr. hebr. p. 210), qui *oreum* intelligit, utpote *perdenteum* (v. rad. no. 3).

לְבָבָה m. 1) *ligans* i. e. funis, v. Kal no. 1. — 2) (denom. לְבָבָה funis nauticus) *nauta*. Ez. XXVII, 8. 27-29. בְּבָבָה רָב princeps nautarum, nauclerus Jon. I, 6.

תְּחַדּוּלָה et תְּחַדּוּלָה pl. f. 1) *gubernationes* (deum a לְבָבָה funis nauticus, לְבָבָה nauta) Job. XXXVII, 12 (de imribus Deo gubernante in caelo circumactis), maxime reipublicae Prov. XI, 14. 2) *ars gubernandi*, inde *consilium prudens*, in bonam partem Prov. I, 5. XX. 18. XXIV, 6, *consilium callidum* in malam partem XII, 5.

לְבָבָה f. Cant. II, 1. Jes. XXXV, 1 *flos praten-sis*, quem modo *lilium* interpretantur vett. intpp. (LXX. Vulg. Targ. ap. Jes.), modo *narcissum* (Targ. in Cant. טִקְרָבָה, leg. طَكْرَبَة, Saad. Abulw. التَّرْجِيمَسُ), modo *rosam* (Kimchi, Aben Esra, Gr. Venet. Luth.). Posteriorius protinus abiciendum est, περι enim florem esse e bulbō prufulantem, arguit etymon, sive לְבָבָה conflatum putabis ex עַבְדָּה acer et לְבָבָה bulbus (Ewald, ad Cant. I. c.), sive ortum ex עַבְדָּה praemissa gutturali π, quae saepius quadrilitteris formandas inservit (v. supra p. 436 B). Intelligi possit (cum IKENIO, de lilio Saronitico. Bremae 1728) *lilium*, quanquam huius alia appellatio existat מְלָכָה, vel (cum BOCHARTO in Hieroz. I, 533. 34 et CELSTIO in Hierobot. I, 488) *narcissus*; sed verum haud dubie dedit Syrus interpres ap. Jes., qui vocabulo harmonico reddit מְלָכָה i. e. testibus Lexicographis Syris, quorum verba dedimus et explicavimus in Comment. ad Jes. I. c., *colechicum autumnale*, *flos prutenis* isque auctumnalis, croceo similis, coloris albi et violacei *bulbis venenosis* proveniens.

תְּבִזְבֵּנָה n. pr. viri Jer. XXXV, 3. Appellat. fort. lucerna Jehovae, a chald. אֲגִזְבָּה lampas et πή, praeponito π, v. תְּבִזְבֵּנָה, לְבָבָה.

**קְבָּד** 1) *implicuit, complicitus (manns)*, de homine pigro. Eecl. IV, 5. (Arab. حَكِيمٌ pr. plexuit, inde con- texuit, مُجْبَسٌ constictus, inde fortis. Aeth. ἀπλεξόμενος: i. q. hebr. litteris transpositis, b et p permutatis. In hebreis vicinum est קְבָּד). 2) *amplexus est aliquem*, e. acc. 2 Reg. IV, 16, absol. Eecl. III, 5.

*Pt. קְבָּד* i. q. Kal no. 1. *amplexus est* Eecl. III, 5, sq. acc. Gen. XXIXII, 4. Prov. IV, 8, V, 20. Cant. II, 6: *מִתְּחִזֵּקְנָה dextra eius me amplectitur*. VIII, 3, sq. dat. Gen. XXIX, 15. XLVIII, 10. *Amplexus rupem* Job. XXIV, 8 et *amplecti sterco* Thren. IV, 6 dicitur pro his incombente eam lecto.

**קְבָּדָה** m. *complicatio manuum*, quae inertium est. Prov. VI, 10. XXIV, 33.

**קְבָּדָה** (amplexus, similiis forma est קְבָּדָה) n. pr. *Habacuci prophetae Hab. I, 1. III, 1. LXX. Ἀμβυσσόρι* (Compl. Ἀμβυσσόρι) et ita hist. Bel. comm. 32 sq., quae forma orta est ex hebreo קְבָּדָה, duplice b in קְבָּדָה mutato (cf. *Ambubaca tibicina Hor. ex syr. אַמְבָּבָא*) et K depravato in M (v. Hieron. in praef. ad Hab.).

**קְבָּדָה** pr. *ligavit, colligavit* (vie. rad. בָּדָה, ubi vide, cf. קְבָּד et קְבָּר) v. Pi. *Inde*

1) *coniunxit*, sed in Kal intrans. *coniunctus est, cohæsisit*, sq. קְבָּד Ex. XXVI, 3: *quinq[ue] aulæ sint* קְבָּדָה אֲחֻזָּה אֲחֻזָּה קְבָּדָה *coniunctæ inter se*. XXVIII, 7. XXXIX, 4; de aliis Cherubim Ez. I, 9, 11. *Inde consociatus est*. Gen. XIV, 3: *כִּי כֹל הָרָבָּה הַבָּרָבָּה כִּי hi omnes convenierunt consociati in vollem Siddim.* Part. pass. Hos. IV, 17: *וְשָׁבָתָה בְּבָרָבָּה consociatus cum idolis.* (Syr. مُؤْمِنْتُ *consociavit*. Aeth. ζωγρός et ζωγρός: *coniunctus, consociatus, concors fuit. ζωγρός: connexus*). Vide קְבָּד c. fem., קְבָּר no. 1 et קְבָּרָה.

2) *fascinavit*, i. e. *incantationibus et artibus magiciis*, quae nodis magicis ligandis exercebantur (lat. ligare ligulam, gall. nouer l'aiguillette), *vinxit* et *conclusit* aliquem (aliquid), gr. *καταδένω* (*καταδένειν*), βασανίζω i. e. fascino (a fasci), nostr. *bannen*, i. q. *binden*, cf. plurima verba ligandi, quae in re magica usurpantur, ut arab. عَلَّقَ *ligatio magica*, مُهْرَبَ *magice vincetus* (Germ. a Silesia fabr. p. 453), sam. مُهْرَبَ *ligatio, incantationis species* Num. XXIII, 23 cf. Castell. annot. samarit., aeth. ζωγρός: *vinxit in arte magica* Lud. p. 340, opp. ζωγρός: *de solutione fascini* Hen. cap. 8, v. intpp. ad Virg. Ed. 8, 77. MILLI disserrt. VIII §. 10. 14. SALMÁS, ad Solin. p. 766. — Ita Ps. LVIII, 6 de *incantatore serpentum קְבָּדָה קְבָּדָה, et Deut. XVIII, 11 post alia magiae genera: קְבָּדָה קְבָּדָה, quod Pseudojon. explicat עַזְזֵתְךָ בְּבָרָבָּה וְאַבְרָהָם קְבָּדָה qui vincunt et fascinant serpentes.* Sunt, qui usum verbi nostri in re magica non a ligando ducant, sed a verbo arab. شَرْبَرْ scivit, quando-

quidem sapiendi vce. ad eiusmodi superstitiones transferuntur (cf. קְבָּד, arab. عَفْت): sed non est quod aliumde arecessamus, quod ipsa nostra radix offert, cui accedit quod Deut. Ps. II, cc. speciale incantationis genus tantum non flagitant. Cf. ex derivatis קְבָּד no. 2.

3) *virgis, lineis notatus est, virgulatus, variegatus est* (gestreift seyn). Arab. حَمْرَة II vestem striatam fecit, حَمْرَة vestis striata, pass. حَمْرَة striata est cutis, nimurum verberum vestigis vibicibusque notata. Kamus p. 491. Inde קְבָּד vibex, et קְבָּדָה virgulae in pelle leopardi. Cf. Schultz. ad Har. V, 156, 157. Vulgo etiam hanc radicis significacionem a primo ligandi s. copulandi significatu secerunt, ita ut Eichhornius tres, Winerus duas diversas radices in hac nostra coahuisse statuat, sed *striatus* nihil aliud est atque *fasciatus*, *tenuis notatus* (gleichs. gebändert), cf. קְבָּד striatus, ab קְבָּד ligavit.

*Pt. קְבָּד* causit. Kal no. 1 1) *coniunxit, connexuit, aulaea* Ex. XXVI, 6 sqq. XXVII, 10 sqq., sq. קְבָּד Ex. XXVI, 6. 2) *consociavit*, 2 Par. XX, 36: קְבָּדָה *et consociavit cum secum i. e. societatem cum eo init.*

*Pt. קְבָּד*, semel קְבָּד (Ps. XCIV, 20) 1) *coniunctus est* Ex. XXVIII, 7. XXXIX, 4, et Eecl. IX, 4 Ker. Ps. CXXII, 3 de Hierosolymis restitutus: קְבָּדָה קְבָּדָה קְבָּדָה *sicut urbs, quae invicta sibi est invicem* i. e. cuius קְבָּדָה sicut urbs, quae invicta sibi est invicem sunt, cf. קְבָּד Neh. III, 38 et arab. عَرِيش comiunxit, compedit, inde struxit dominum Cor. 7, 13. 16, 68. Vulgo interpretantur: cuins aedificia arete inuncta sunt sine interstitiis ob hominum frequentiam, et opp. vicis, quorum domus dispersae sunt interiectis hortis; quod frigidius videtur. 2) *consociatus est*. Ps. XCIV, 20: קְבָּדָה קְבָּדָה *tibi consociatum solium scelestum?*

Hiph. i. q. Kal no. 1. *actere, serere verba, maxime inania, falsa, cf. קְבָּד אַדְמָה שְׂבָעָה* Ps. CXIX, 69 Targ. pro hebry. קְבָּד אַדְמָה. Iob. XVI, 4: *בְּבָבָלָה בְּבָבָלָה נְכַרְמֵן* contra vos verba se. inania, mendacia. *Vestro exemplo.* Offendunt interpres tantum non omnes in קְבָּד voci praefixo, quod paulo uberioris explanare placet, simili modo in altero hemistichio occurrunt: קְבָּד אַדְמָה שְׂבָעָה, praeteritis bis codem capite. V. 9: קְבָּד אַדְמָה שְׂבָעָה, 10: *בְּבָבָלָה בְּבָבָלָה*. Scilicet Hebræi in pluribus formulis modo accusativum ponunt ex verbo actio pendente, modo verbum absolute ponunt cum קְבָּד instrumenti. Ita שְׂבָעָה quassavit capit. זָבֵר τְּנֵגָדֵל Ps. XXII, 8. CIX, 25. Thren. I, 15 et קְבָּד שְׂבָעָה (nostr. mit dem Kopfe schütteln) ut h. I.: קְבָּד שְׂבָעָה (die Zähne knirschen) Ps. XXXV, 16. XXXVII, 12. CXII, 10 et קְבָּד שְׂבָעָה frendere dentibus, mit den Zähnen knirschen Iob. XVI, 9; adeoque, quae longius absunt a nostra dicendi consuetudine, non solem קְבָּד שְׂבָעָה expandere manus Ies. I, 15. XXV, 11. LXV, 2, sed etiam manus בְּבָבָלָה Thren. I, 17 q. d. expansionem facere manus; item קְבָּד שְׂבָעָה latum facere labio Ps. XXII, 8, קְבָּד שְׂבָעָה latum facere ore Iob. XVI, 10. cf. XXIX, 23.

*Hithp. חתַר et (per Syriasmum) חתָרָא consociavit sc. sq.  $\text{בְּ}$  cum aliquo 2 Chr. XX, 35, 37. Dan. XI, 6. Inf. Syrorum more formatus seu Verba Hithpaël est חתַרְתָּ. Dan. XI, 23 consociatio, sq. חתָרָא.*

**רְבָבָה**, c. suff. **רְבָבָה**, pl. **רְבָבִים** **estr.** **רְבָבָה** **socius**,  
isque operis Ies. XLIV, 11, belli Iud. XX, 11, criminis  
Ies. I, 25: **רְבָבָה** **socii** **furum** (cf. Prov. XXVIII,  
24), dignitatis Ps. XLVII, 8: **רְבָבָה** **prae sociis tuis** i. e.  
reliquis regibus (cf. Barhebr. p. 328). Saepc de amico  
Cant. I, 7; VIII, 13, adiutore Eccl. IV, 10. Sq. 5  
(cf. **לְהַדֵּן**, **לְעַזֶּן**, **qādōs tor**, **έναργός tor**) Ps. CXIX,  
63: **לְהַדֵּן** **לְעַזֶּן** **שְׁפָט** **רְבָבָה**. Prov. I, 6.

**רְבָרָת** f. *socia, coniux*, Mal. II, 14.

**חֶבְרָה** chald. i. q. hebr. **כְּבָרָה**. Dan. II, 13, 17, 18,

הַבָּרֶה chald. f. *socia*, dein i. q. *הַזְוֹת* *altera* Dan. VII, 20.

**הַבָּרִים** i. q. **הַבָּר** (forma intens.) *socius*. Pl. **הַבָּרִים** socii i. e. piscaiores, qui piscaturae causa societatem interrunt. Iob. XL, 30. Vide s. v. **בְּרָה**.

**חַבּוֹר** (coniunctus, consociatus) n. pr. *Chaboras*, Mesopotamicus fluvius, qui ortus prope *Iitis* et *Ain* (ita unanimi consensu Arabes, sec. Ptolemaicum in montibus Masius, in quibus non Chaboras oritur, sed Hiermasius, خَبُورٌ, حَمَاسٌ, حَمَّاصٌ postea in Chaboram influens) ad Circesimum in Euphratrem se effundit 2 Reg. XVII. 6. XVIII. 11. 1 Chr. V. 26, apud Ezechielem בְּקָרֶת I. 3. III. 15. 23. X. 15. 22. Priorē scribendi rationē habet in arab. خَابِرٌ ap. Abulf. Edris. Jakutum, posteriore in syr. خَابِرٌ et خَابِرَةٌ Assem. II., p. 222. 226. LXX prius effuerunt Αἴβιος, posterius Χοθάρος, et ita in scriptoribus profaniς Χαθάρος Ptolem. 5. 18, reliqui sine X, Αἴβιον Strab. XVI. p. 748 Casaub. (ita omnes codd., musquam Αἴβιόνδης, Αἴβιος, quod Straboni tribuit WINERTS, Realwörterb. p. 253), Αἴβογος Steph. Byz. v. Πέτρα, Αἴβωνas Evagr. hist. eccl. 5, 9, Aboras Ammian. Marcell. 23, 11 (cf. Vales. ad Ammian. 14. 3. Fuller. miscell. 4, 3). Est etiam alias fluvius cognominis (خَابِرٌ) ad ditio- nem Mosul pertinens et ab oriente in Tigridem influens (v. Schult. ind. geogr. ad Salad. v. Chaboras), et fuerunt

propterea, ut SCHULT. l. c., Cnr. B. (cuins verba Simonis Onomastico adscripta dabit Dindorfii Lex. I, p. 855) et J. D. MICHAELIS suppl. p. 665, JAHNUS in Archael. I, p. 17, qui distinguunt inter **הבר** et **הַבָּרְךָ**, et priorem Assyriac fluxum esse suspicentur; WAHLIUS adeo (Vorder- und Mittelasien p. 708, 709, 718), quem sequuntur in Lexx. EICHORNUS et WINEUS (qui tamen meliora dedit in Lex. bibl. l. c.), ambos in Assyria querit: sed utrumque sine causa idonea. Caeterum ad 2 Reg. XVII, 6 cf. quae supra disputavimus s. v. **תִּמְאָה** p. 276 A.

**הַבּוֹרָה** Jes. LIII, 5 et **הַבּוֹרָה** f. *vibex*, plagarum vestigium lividum in cute remanens (Strieme), v. rad. in Kal no. 3. Gen. IV, 23. Exod. XXI, 25. Jes. I, 6. Phur. Prov. XX, 30. Ps. XXXVIII, 6: **הַבּוֹרָה** *sanie diffundit vibices mei.* Kimchi ᄀ bene explicat plagam, ex qua sanguis non effluit, sed una cum pure collecto sub cute tenetur. LXX. *μάλακη.* (לְמַעַן sec. Cast. *vulnus*, cicatrix, sed nescio an rectius *vibex*).

**בָּבֶר** m. 1) *societas*. Ios. VI, 9: **בָּבֶרְתִּים** in malam partem: *sodalitium sacerdotum*, Prov. XXI, 9: **בָּבֶרְתַּה** *domus socialis*, XXV, 24. — 2) *fascinatio* (Bann) Dent. XVIII, 11. Plur. **בָּבֶרְתִּים** Jes. XLVII, 9, 12. — 3) n. pr. *plurimum virorum* a) Gen. XLVI, 17, pro quo **בָּבֶרְתִּים** Num. XXVI, 45. b) Iud. IV, 11, 17. c) 1 Chr. VIII, 17. d) IV, 18. A litt. a est patron. **בָּבֶרְתִּים** Num. XXVI, 45.

**סָבִבָּה** f. *societas*, in malam partem *sodalitium* Job.

**חֶבְרוֹן** (consociatio) n. pr. *Chebron* (LXX. Χεβρόν) 1) urbs Canaanitarum antiquissima, in regione montana ab austro Hierosolymae (a qua 22 millibibus distabat, v. Euseb. v. Ἰερολ.) sita, prius עֲרָבָה אַ-תִּירָה dicta (q. v. Jos. XIV, 13 — 15), septem annos ante Tanin Aegyptiorum exstructa (Num. XIII, 22 cf. Jos. h. jud. IV, 9 §. 7), in cuius vicinia Abrahamus vitam degere solcbat Gen. XIII, 18. XXIII, 2, 19. XXXV, 27. XXXVII, 14, tempore Josuae sedes regis Jos. X, 3. 5. 23. XII, 10, ab Hebreis expugnata et familiae Calebii lib. XIV, 13 — 15. XV, 13. 14. Jud. I, 9. 10, dein sacerdotibus tributa Jos. XXI, 11, et urbs asyli facta Jos. XX, 7. Post septem primos imperii annos Davidis regia erat 2 Sam. II, 1. 11. III, 2. V, 5. 1 Reg. II, 11, postea a Rechabaeo munita 2 Par. XI, 10. Post exilium (Neh. XI, 25) in Idumaeorum potestatem cessit (1 Macc. V, 65), in bello iudeico a Romanis occupata et incendio vastata est (Jos. bell. jud. IV, §. 7). Post conditum imperium Hierosolymitanum sedes facta est episcopalis *St. Abraham* dicta, cum quo congruit nomen eius hodiernum أَخْلِيلٌ, i. e. (oratorium) amici sc. Dei i. e. Abrahami (v. Sur. 4, 124. 25, 30), plene مسجد أَخْلِيلٍ oratorium amici (Dei) Abrahami, Ibn el Wardi ap. Kochlerum ad Abulf. Syr. p. 185, apud Abulfedam (Syr. p. 87) eadem بيت حَمْرَانٍ.

appellatur. *Hebran* (חַבְרָן) *BURKHARDTI* (itin. Syr. 1, 166), quod eum nostrō confudit *WENERUS* (Realwörterb. ed. 2 p. 558), in Auranitide situm est. Plura dabunt *RELANDUS* in Palæst. p. 209 sqq. *ROSENMEILL*. Alterthunsk. II, 2 p. 298.

2) Est nomen complurium virorum a filii Kahath, nepotis Levis Ex. VI, 18. Num. III, 19. 1 Par. VI, 3. 18. XV, 9. XXIII, 12, 19. b) viri in stemmate Iudee 1 Par. II, 12, 15. A priori est patron. חַבְרָה Numa. III, 27. XXVI, 58. 1 Par. XXVI, 23. 30. 31.

*חַבְרָה* f. iunctura, Ex. XXVI, 4. 10.

*חַבְרָה* f. pl. vulgo *maculae* pardi Jer. XIII, 23. LXX. *ποιζόμενα*. Targ. *סְכָנָה* scuta variegata cius. Malim *virgas*, *striis* (v. rad. *nō*, 3) leopardi, ita ut *בָּקָר* etiam leopardum (striatum, non maculatum) noteat. Caeterum arab. حَبْرَة non soluē de striis dicitur, sed etiam

de maculis, unde حَبْرَة a pulicibus punctus.

*חַבְרָה* f. iunctura, pr. locū quo res alteri adiungitur (v. rad. no. 1), veluti aulaeorum Ex. XXVI, 4. 5. XXXVI, 11. 12. 17, partium epomidis ib. XXVIII, 27. XXXIX, 20.

*חַבְרָה* pl. f. pr. part. Pi. *iungentes*, *copulantes*  
1) *trabes* ligiae ad copulandum 2 Par. XXXIV, 11.  
2) *fibulae* ferreæ 1 Par. XXII, 3. . .

**חַבְבָּה** fat. *שְׁבַבָּה*, pl. et cum Suff. *שְׁבַבָּהִים*, *שְׁבַבָּהִים* Hos. VI, 1, semel *שְׁבַבָּה* Iob. V, 18 1) *ligavit*, *obligavit*, *circumligavit* Ez. XXVII, 24, spec. a) tiaram. Exod. XXIX, 9: *וְשִׁבְבַּעַת* *שְׁבַבָּה* et *circumligia* *אֶת* *tiaras*. Lev. VIII, 13. Ez. XXIV, 17. Jon. II, 6: *סִירְבָּשָׁה* *אלָגָה* *circumligata* *est* *capiti* *meo*, est ornatum et tanquam tiara capitis mei. De ornamento capitis etiam intelligenda sunt verba Ez. XVI, 10: *שְׁבַבָּה* *שְׁבַבָּהִים* i. e. tiara byssina caput tuum ornavi; ut recte Chaldaeus, quum LXX. Vulg. Syr. contra locum de cingulo byssino intelligent. b) *obligavit* *vulnus*. Iob. V, 18: *בַּיִתְשְׁבָּהּ* *is* *cuim* (Deus) *vulnerat* et *obligat* *vulnera*, illi medetur. Jes. XXX, 26. Ez. XXX, 21. Hos. VI, 1. Sq. 2 (ut *בְּשָׁבָבָה*) Ez. XXXIV, 4: *שְׁבַבָּהִים* *אֲלֹת* *תְּמִימָה* *וְלֹא* *et vulneratum non obligatis*. 16. Jes. LXI, 1: *שְׁבַבָּהִים* *מְלִיכָּה*. Part. *שְׁבַבָּהִים*, qui vulneribus reipublicae mederi possit Jes. III, 7.

2) *stravit* inuenta, quod fit elittellis alligandis, sq. acē. iumenti. Gen. XXII, 3: *וְשָׁבַבָּהּ* *שְׁבַבָּהִים* et *stravit* *asinum* *suum*. Num. XXII, 21. Ind. XIX, 10. 2 Sam. XVI, 1. XVII, 23. XIX, 27. 1 Reg. II, 40. XIII, 13. 23. 27. 2 Reg. IV, 24.

3) *clausit*, *conclusit*. (Syr. *مَسْتَعِفَ* conclusit, inclusit, incarcerated v. c. Barhebr. 232, *مَسْتَعِفَ* claustrum, career, arab. حَبْس id. حَبْس career). Iob. XL, 13 (8):

*שְׁבַבָּהִים* *fiacionem* *corum* (vel *personam corum*) *claudere* in *occulto* in tenebris orei.

4) *imperio coīcuit*, *imperavit* (cf. *אָכַז* no. 1, 3). Iob. XXIX, 17: *שְׁבַבָּהִים* *num etiam*, *qui ius odit*, *imperare potest?* *KIMCHI*: *שְׁבַבָּהִים* *אֲבָבָהִים* *אֲבָבָהִים*. Similiter *ABEN ISRA*, R. LEVIS, ex recentioribus *SEB. SCHMIDUS*, *ROSENMI. al.* *Imperiū* potestatem tuentur etiam LXX, qui Jes. III, 7 *שְׁבַבָּהִים* reddunt ḥaqiyā. Alii, ut J. H. MICHAELIS: *num etiam*, *qui ius odit*, *obligabit* s. sanabit? i. e. res humanas et terrestres curabit, ut Deus facit? Denique *SCHULTENSIUS*, quem sequuntur *UMBREITIUS*, *WENERUS*, *אֲבָבָהִם* iram esse statuit, et ita interpretat: *num iram*, *qui ius odit*, *coīcabit?* Sed priorem structuram tunc locus parallelus XL, 8. 9 (*כָּבֵד* — *קָרְבָּן*): em accedit quid obiectum verbi vix ita collocari poterat. Vett. etiam intp. omnes *אֲבָבָהִם* pro particulae habent.

*Pi.* 1) i. q. Kal no. 1, b. Ps. CXLVII, 3: *שְׁבַבָּהִים* *obligat* i. e. samat *dolores corum*. 2) i. q. Kal no. 3 *obstruit*. Iob. XXVIII, 11: *שְׁבַבָּהִים* *הַרְחֵבָה* *a* *fletu rivos cohicit metallicus*, i. e. aquam subterrānam in puteis destillans obturat. Alii, ut *REIMARIUS*: *ex fletu fluvios colligit* i. e. ex guttis destillantibus colligit maiora fluenta ad faciendo corrinos, sed dubito, num *שְׁבַבָּהִם* (*colligavit*, non *collegit*) ita usurpatum sit.

*Pu.* *obligatum est* (vulnus) Jes. I, 6. Ez. XXX, 21.

**חַבְבָּה** rad. inusit. prob. *coxit* panem. *Aethiop. צְפָנָה*: *panis* pro *צְפָנָה*: a rad. *צְוָה*: pinsuit panem, *צְוָה*: pistor, arab. *خَبَّان* *خَبَّان* panis coxit, *خَبَّان* et *خَبَّان* permuntatis. Ex linguis indo-europaci Jo. *SIMONIS* conserit *ἔψω* (rad. *heps*), *βάταύος* coquio. Inde

**חַבְבָּה** m. pl. *cocita*, *frixa* in sartagine (*סְרָגִין*). 1 Par. IX, 31: *סְרָגִין* *הַרְחֵבָה* *בְּבָבָהִים*. Vulg. praefectus erat coram quae in sartagine frigebantur. Paulus explanatus LXX. *ἐπὶ τῷ ἔργῳ τῆς οὐρανοῦ τοῦ τηγάνου τοῦ μεγάλου ἑρόου*. Intelligunt enim fortuna quod in sartagine frixum (*סְרָגִין* *בְּבָבָהִים*) quotidie offerabantur a sacerdote magno. Lev. VI, 13 sqq. De codem in Mischna usurpatur *בְּבָבָהִים*, ut *Menach. 11, §. 3: בְּבָבָהִים* summi sacerdotis, *Joma 2 §. 3: בְּבָבָהִים* *בְּבָבָהִים* simila et frixa et vinum, *Tamid 1, §. 13: בְּבָבָהִים* *עִשְׂרָה* *בְּבָבָהִים* *בְּבָבָהִים* *בְּבָבָהִים* constituerunt facientes frixa, ut facerent frixa. Ibid. 3, §. 1. 4 §. 3. Videtur autem *בְּבָבָהִים* dictum esse pro *בְּבָבָהִים*, ut *בְּבָבָהִים* 1 Reg. VI, 18 pro *בְּבָבָהִים* *flores*, *בְּבָבָהִים* Jes. I, 22 in nonnullis libris pro *בְּבָבָהִים* *scorie*, *בְּבָבָהִים* Gen. XX, 3 pro *בְּבָבָהִים*. Vulgo *בְּבָבָהִים* *sartagines* esse volunt. eti *בְּבָבָהִים* reddunt: opus sartaginum, in quam sentientiam singularem statuere possis *בְּבָבָהִים* pro *בְּבָבָהִים* (cf. *בְּבָבָהִים*): sed illud prafero, v. Sheringham ad *Joma* l. c. (Surenh. II, 214).

**מַחְבָּה** f. (Ez. IV, 3) contr. ex **מַחְבָּה**, *sartago* Lev. II, 5. VI, 14. VII, 9. 1 Par. XXIII, 29. Ez. l. c.,  
Arab. **مَحْبَّة** apud Arabem Erp. Lev. I. c. Melit. *makhbez* sartago, v. VASSALLI p. 449. Male radicem ponunt **خَبَّتْ** humili, planus fuit, ut notet vas plannum, non profundum (Jarchi); vel ad eo **מַחְבָּה**, ut sit scutella abscondita i. e. aperta (Aben Esra), quod quidem posterius refellitur et forma **מַחְבָּה** (non **מַחְבָּה**) et cognato **מַחְבָּה**.

**אָמַן** v. ad rad. **אמֵן**.

**جَبَ** rad. inusit. Arab. **جَبَ** *velavit*, v. Bocharti  
Hicroz, III, 154 Lips. Inde ducent

**277** m.) Jacquin, secund. slate.

מִתְּבֵדֶל מ. 1) *locusta*, eaque alata et esculenta (Lev. XI, 22), ita dicta, ut volvut, quia terram operariet, vel solem coquenque obvelet (v. ROSENM. ad Bochart. I. c.). Sed aliud etymon propositus CREDNERUS ad Joël, pag. 309. Nimirum intp. Sam. Lev. I. c. pro hebr. בָּקָר habet צַדְקוֹת quod salicentem reddere possit, coll. בָּקָר, בָּקָר: ex illa autem forma quadrilittera dein ortum esse consensu hebr. בָּקָר extrusor, cf. בָּקָר pro בָּקָר. 2 Chr. VII, 13. Ecel. XII, 5: בָּקָר בָּקָר molesta est (seni) locusta, quia agre ab illo manducatur et concoquuntur, quamquam grati saporis. Antecedunt et sequuntur esculenta (amygda et capparis): possit tamen et cicadae cantus utpote seni ingratis intelligi. Caeterum alias prorsus significations vocabulo nostro h. l. vindicant Chaldaeos cum Hebraeis, et BOCHARTUS in Hieroz. III, p. 334 sqq. Ille verba reddit: בָּקָר בָּקָר אֲכֻזָּה וְבָקָר intumescent tali pedum tuorum (quod in scribus fit) v. de בָּקָר quod pr. gressus notat, dein *pedum malloscum*, dividentes crus a pede, Bochartum I. c. p. 338. Buxtorf. 177: accedit Aben Esra, cui בָּקָר est בָּקָר talus, cf. Hieronymum in comment., qui eiusdem potestatis mentionem facit hanc dubie auctore magistro suo hebreo. Hac adscita significacione reddi possit: *molestus s. gravis fit talus*, i. e. gravior, tardiorque fit sensi incessus (schwerfällig wird der Knöchelchen). In candem sententiam Bochartus intelligit *caput femoris* s. costae i. q. arab. بَكْرَةٌ, dual. بَكْرَاتٍ utrumque femoris caput, verbaque reddit: *grave fit femoris caput*. Equidem et Hebracorum et linguae arabicae auctoritatem detrectare non ausim: in vulgari tamen vocabuli potestate acquiesci posse putem. Varias loci interpretationes collegenter Roscm. ad Boch. I. c. et Winzerm. ad h. l. in Comment. theol. ed. Rosem. I, 1 p. 91. Plur. הַבָּקָר Num. XIII, 35, (ubi cod. Sam. pro בָּקָר habet הַבָּקָר); legi בָּקָר, quod idem valet). Jes. XL, 22. — 2) n. pr. viri Esr. II, 46.

**תַּחֲנֹן** (locusta) n. pr. viri Esr. II, 45, etiam **תַּחֲנָן** Nch. VII, 48.

בְּנֵי יִשְׂרָאֵל pr. in orbem ivit (vicinum rad. בְּנֵי), inde  
1) saltavit, tripudiavit 1 Sam. XXX, 16. Kimchi:  
בְּנֵי יִשְׂרָאֵל נִרְקַדְוּ וְבִזְנוֹתָן וְבִזְרַבְדָּה בְּשִׁפְתָּחָה.

3) *vertigine corruptus est*, de ebris Ps. CVII, 27, de pavido, v. *אָמַר*.

**פְּנִים**, estr. et sq. נֶגֶד, c. art. נְגֵדָה, accedente praef. נְגֵדָה, c. suff. נְגֵדָה, pl. נְגֵדָה m. 1) *festum* Deut. XVI, 14. 1 Reg. VIII, 65. Ps. LXXXI, 4 et saepe נְחַנְתָּה (y. נְחַנְתָּה) et נְחַנְתָּה celebravit festum Deut. XVI, 10. 12. 1 Reg. XII, 32. Esr. III, 4; VI, 22. *Festum* *Jehovae* celebratum est נְחַנְתָּה אֱלֹהִים Exod. XXXII, 5, et נְחַנְתָּה תְּהִלָּה Ind. XXI, 19, sed dicuntur etiam נְחַנְתָּה נְחַנְתָּה insti-  
nuit festum pro filiis Isr. 1 Reg. XII, 31. Praecipua festa erant: נְחַנְתָּה תְּהִלָּה Ex. XXIII, 15 etiam נְחַנְתָּה מְdictum XXXIV, 25; נְחַנְתָּה נְחַנְתָּה ib. 22. שְׁרִירָה נְחַנְתָּה ib. XXIII, 16; et נְחַנְתָּה נְחַנְתָּה Lev. XXIII, 34 s. נְחַנְתָּה נְחַנְתָּה Ex. I, c. — נְחַנְתָּה נְחַנְתָּה est pro contextu *pascua* Jes. XXX, 29 cf. נְחַנְתָּה נְחַנְתָּה Mt. XXVII, 15. Joh. Y, 1, et festum tabernaculorum 1 Reg. VIII, 2 (2 Par. V, 3). XII, 32. Neh. VIII, 14. Ez. XLV, 25. — Plur. נְחַנְתָּה festa Jes. XXIX, 1. Nah. II, 1. Amos V, 21. VIII, 10. Ez. XLV, 17.

2) meton. *sacrificium festivum, victimam*. Ps. CXVIII,  
27: אַל־תְּרַדֵּךְ בָּשָׂר בְּבָשָׂר לִגְתֵּת victimam funibus. Ex. XXIII,  
18: בְּנֵי־חֶרֶב adeps victimac meac. Mal. II, 3. Cf. מְלֹאת  
2 Chr. XXXX, 22.

**אַתָּה** more chaldaeo pro **תִּתְּנַחֲזֶה** (quod habent 6 codd. et 2 edit.) *pavor, terror, inde causa pavoris* Jes. XIX, 17, v. rad. no. 3. LXX. **γόρησθαι**. Hieron. *pavor*. Chald. **אַתָּה** id. Kimchi: **תִּתְּנַחֲזֶה** **בְּרֵבָד** **בְּגָבוֹן**. In altero membro est **תִּתְּנַחֲזֶה**. Minnus apta ALB. SCHULTEXII (animadvv. ad h. 1.), MICHAELIS (suppl. p. 667) al. interpretatione recensuit et concellivit Rosenm.

**חַגָּעֵס** (festivus i. q. **חַגָּה**, forma chaldaizante) n. pr. *Haggacus*, propheta Serubabelis et Darii Hystantis coaevus Esr. V, 1. VI, 14. Hagg. I, 1. 3. 13. II, 1. 10. 13. 14. 20. LXX. *Ἄγγειος*. Vulg. *Aggacus*.

**גָּד** (id.) u. pr. filii. Gad Gen. XLVI, 16. Num. XXVI, 15. Patron. **גָּדֵל** (pro **גָּדָל**) ibid.

**תְּחִנָּה** (festum Jechovae) n. pr. viri 1 Par. VI, 15.  
**תְּמִימָה** (festiva) n. pr. uxoris Davidis, matris Adoniae 2 Sam. III, 4, 1 Reg. I, 5, 11, II, 13, 1 Par. III, 2.

卷一

**تِرْيُوز** rad. inusit. i. q. arab. تِرْيُوز sq. تِرْيُوز i. q. تِرْيُوز configut ad aliquem, Tiruz. (nam Dschaudt hoc non adnotavit), unde تِرْيُوز refugium. Inde

חַנְגָּוִי m. pl. estr. חַנְגָּוִי *refugia petrarum*, de fissuris s. speluncis, in quibus columbae nidos faciunt Cant. II, 14, de summis petrarum verticibus, qui hostiis huius inaccessi sunt Obad. 3, Jer. XLIX, 16, Ita A. Schut. ut in Animadv. ad Jes. XIX, 17 et Micu. suppl. 6<sup>o</sup> 2, in quam sententiam etiam vulgo conferunt syr. ،، مَعْلَمَةٌ مَعْلَمَةٌ، rupe, praecepsum Cast.“ Id vero incertum: nam quod Iob. XXX, 7 legitur pl. חַנְגָּוִי pro hebr. חַנְגָּה, ab Arabe quidem redditur חַנְגָּוִי aerotria, sed vide sitne illud potius i. q. مَعْلَمَةٌ مَعْلَمَةٌ spinac. — SCHUTTERERUS ad Obad. 1. c. conserue maynult חַנְגָּה tractus, regio, a rad. חַנְגָּה constituit in loco, ita ut חַנְגָּה sint regiones petrarum, quod paulo languidius putem. Ex veteribus aliis rimis s. foramina petrarum reddunt (Obad. LXX. διαλ. Vulg. scissurae; Jorem. LXX. τρυπαια, Vulg. cavernae, Cant. foramina, Syr. חַנְגָּה, Kimchi: בְּקָשָׁה), quod probat Ewaldus ad Cant. coll. חַנְגָּה fudit, laceravit, sed ad Obad. et Jorem. hoc minus aptum: aliis vertices (Chald. Obad. et Jorem. אֲמָתָה, Syr. Obad. חַנְגָּה munimenta, Jer. מִצְבָּה vertices): neutrum genuinam vocabuli viam exprimere videtur.

**קָנַל** rad. inusit. Arab. **كَلْ** subsultim incessit, more cornicis, coryi, perdiecis, vel hominis compedibus vincti. Ortum videtur hoc trilitterum ex quadrilittero **קָנְרָה** ecto **ל**, cf. ad **בָּנָה**. Vicinum est syr. **كَلْمَنْ** claudicavit. Inde

נַּקְרָה (perdix, arab. نَكْرَة v. FORSKALII Fauna p. 7. HOEST descr. Marocc. 296, syt. פֶּרֶד Ephr. ad Jer. XVII, 11. Sir. XI, 31) n. pr. multicris. Num. XXVI, 33. XXVII, 1. XXXVI, 11. LXX. Ἔγκά, cod. Alex. Ἀλύδα. Cf. נַּקְרָה בְּנֵי p. 194 B.

suos. — b) sq. accus. vestis, cinguli, gladii, quo quis cingitur (more verborum induendi, ut **בָּגַד**), velut **הַנְּשִׁבָּה** cinxit se sacco s. veste lugubri (ein Trauerkleid *umgütern*) 2 Sam. III, 31. Jes. XV, 3. XXII, 12. Jerem. IV, 8. XLIX, 3. Thren. II, 10. Tzech. VII, 18. XXVII, 31. **מִלְחָמָה** **מִלְחָמָה** gladio se cinxit (das Schwert *umgüten*) 1 Sam. XVII, 39. XXV, 13. Ps. XLV, 5 (ubi additum **רוּחָה** **רוּחָה** super seumur) cf. Deut. I, 41. Translate Ps. LXV, 13: **מִלְחָמָה** **מִלְחָמָה** **יְלִינְבָּלֶה** **יְלִינְבָּלֶה** cinguntur colles, LXXVI, 11: **מִלְחָמָה** **מִלְחָמָה** **רְלִיּוֹתִים** **רְלִיּוֹתִים** reliquis irac cinge te i.e. extrema tua iniuste te. CIX, 19. Part. act. 2 Reg. III, 21: **מִלְחָמָה** **מִלְחָמָה** **בְּכָלְכָלָה** ab omnibus cinctis cingulo i. e. armis gerentibus. Part. pass. **מִלְחָמָה** **מִלְחָמָה** cinctus i. e. induitus humerali 1 Sam. II, 18 cf. 2 Sam. XX, 8. Ind. VIII, 11, sq. genit. Joël I, 8: **מִלְחָמָה** **מִלְחָמָה**. Per ellipsis dicti sunt here Joël I, 13: **מִלְחָמָה** **מִלְחָמָה** **מִלְחָמָה** cingimini (sacco et lugete, sacerdotes). In uno Kennicotti codice additur **מִלְחָמָה**, in alio quodam **מִלְחָמָה**. 2 Sam. XXI, 16: **הַמְּלֵאָה** **הַמְּלֵאָה** **וְאַתָּה** **וְאַתָּה** isque cinctus erat novo gladio. Recte ita supplement Vulg. Syrus cum Arabe, cf. Scheidius in diss. Lugd. pag. 970. Male Chalda. Theod. novo cingulo. Perraro cum **מִלְחָמָה** Lev. XVI, 4: **בְּמִלְחָמָה** **בְּמִלְחָמָה**. — c) sq. dupliciti accus. pers. et cinguli (ut **רוּחָה**, **שְׁבָדָה**). Exod. XXIX, 9: **מִתְּפִירָה** **מִתְּפִירָה**. Lev. VIII, 13, etiam c. acc. p. et **מִלְחָמָה** Lev. VIII, 7. — d) absol. **cinxit** se. 1 Reg. XX, 11: **מִלְחָמָה** **מִלְחָמָה** **בְּגִלְעָדָה** ne glorietur accinctus sicut discinctus, nemo triumphum canat ante victoriam. Ez. XLIV, 18. Eodem pertinet 2 Sam. XXII, 46: **מִתְּפִירָה** **מִתְּפִירָה** praegn. **accincti** prodeant ex claustris suis: quod tamen minus aptum ad orationem contextam, si quidem accingi est in pugnam prodeuntium (1 Reg. XX, 21), non in ditionem se traduentum. Praefenda igitur scriptura **מִלְחָמָה** Ps. XVIII, 46, coll. Mich. VII, 17. Hos. XI, 11 ex qua nostra denun orta esse videtur. Posit quidem etiam nostra auctore Kremio in similem sententiam explicari: **claudicant ex claustris suis coll.** syr. **שְׁבָדָה** claudicavit, sed parum verisimile, verbum frequens **שְׁבָדָה** semel acceptum esse significatio a vulgari usu aliena.

**גִּנְגָּל** m. *cingulum*. 2 Sam. XX, 8. Prov. XXXI, 24. C. Suff. 1 Sam. XVIII, 4.

**פָּנָרֶה** f. *cingulum militum*, 2 Sam. XVIII, 12.

1 Reg. II, 8. 2 Reg. III, 21, mulierum Jes. III, 24, lugentium (quo saccus alligatur) ib. XXXII, 11. Plur. subligacula pudendis velandis Gen. III, 7.

**מִתְגַּדֵּר** f. *cinctura (vestis lugubris)* Jes. III, 24.

**تَجْزِي** 1) *acutus* *suit.* (Arab. **خَافِر** *fut.* I *id.*,  
unde **خَافِر** *acies ferri*, *mucro*, **خَافِر** *acutus*, **خَافِر**

acentus, max. de ferro, aeth. תְּהִרְתָּה ferrum, Vicinæ radd. sunt תְּהִרְתָּה incidit, secuit, תְּהִרְתָּה fit, adeoque תְּהִרְתָּה, תְּהִרְתָּה, cf. eacer, scindo, ὁρῶντα rad. σχίδει, pers. scindere, تְּהִרְתָּה i. q. angl. to cut). Fut. A. Prov. XXVII, 17 v. Iiph.

2) metaph. acer, vehemens, eacer fuit, arab. تְּהִרְתָּה fut. O. vehemens fuit, durus in ira, pugna (cf. plura synn. similiter translata, ut gr. ὀστέος, γόνως, lat. acer, syr. مُنْتَهٍ, aeth. ΟΛΗΣ: acens, velox). Hab. I, 8 de equis Chaldaeorum: תְּהִרְתָּה אֲלֹהִים aciores sunt lupis respernit. Describitur animus acer et praecepis, quo in hostiles acies luporum instar irrumti equi, cf. genus acre luporum Virg. Ge. III, 24b, ari gaudent equo Aen. 4, 156. LXX. ὀστέογοι. Vulg. velociores, quod vim vocabili hebrei non exhaustit. Parall. celeriores sunt pardis.

Quum arab. تְּהִרְתָּה de visu etiam aento dicatur (انصر), qui et lupis et equis tribuitur ab Arabibus, sunt qui تְּהִרְתָּה h. l. indicatam velint (Senult. Opp. min. p. 348), quod tamen longius petitum est et vel parallelismo convellitur.

Hiph. acut. Prov. XXVII, 17: תְּהִרְתָּה בְּבָרוּל גַּדְעֹן ferrum acutum in ferro, et vir acutus vulnerum i. e. obtutum, aciem mentis et ingenii socii sui. תְּהִרְתָּה est fuit. A. Kal pro דְּבָרָה; תְּהִרְתָּה ut קְרָב. Num. XXX, 3, נְחָשָׁה Ez. XXXIX, 7. Vide Lgb. §. 38, 1. 103, not. 14.

Hoph. תְּהִרְתָּה exactus est gladius. Ezech. XXI, 14. 15. 16.

תְּהִרְתָּה adj. acutus, tantum in fem. תְּהִרְתָּה ubique de gladio. Ps. LVII, 5. Prov. V, 4. Jes. XLIX, 2. Ez. V, 1. — Aliud est תְּהִרְתָּה unus, v. p. 63.

תְּהִרְתָּה (acumen, nisi potius idem valet quod numen Aramaeorum) n. pr. filii Ismaëlis Gen. XXV, 15. Par. I, 50.

תְּהִרְתָּה adj. acutus (cf. תְּהִרְתָּה, תְּהִרְתָּה). Inde Iob. XLI, 22 (21) de scutis crocodili: תְּהִרְתָּה תְּהִרְתָּה i. e. acutæ testarum i. e. testæ acetæ. Cf. XLII, 7 et Lgb. p. 678. Eodem modo apud Aelian. hist. anim. 10, 24 scuta crocodili dicuntur similia esse ὀπτήρων κυρτηρών. — Symm. σιδίρια τέκτονος, Theod. σιδίριον τέκτονος, legentes תְּהִרְתָּה ferramenta fabri, cf. תְּהִרְתָּה ferrum acutum, sed nihil necesse a vulgari scriptura recedere.

תְּהִרְתָּה (acus, fort. scopulus v. infra) n. pr. oppidi Benjaminitarum Neh. XI, 34, in vicinia Lyddae et Onus Esr. II, 33. Neh. VII, 37, prob. אֶתְמָה, quae in Sephela ponitur i Mace. XII, 38. XIII, 13 cf. Jos. Ant. 13, 6 §. 5: אֶתְמָה לְהִיא הַיְסֵד הַשְׂמֵלָה תְּהִרְתָּה, i. q. יְסֵדָה וְהַשְׂמֵלָה תְּהִרְתָּה. 15 §. 2. bell. jud. 1, 9, 1.

תְּהִרְתָּה fut. apoc. תְּהִרְתָּה gauvisus, laetus est. (Chald. אֶתְמָה, syr. תְּהִרְתָּה id. Adde sam. et zab. et ex indogerm. γαῦθιον, γαῦθιον, gaudeo, fortasse etiam ἡδος, dor. ἡδος delicie, et ἡδεῖ. Sed nihil tale significat arab. خَدِي quod habent EICHENRIEUS et WIXERUS: neque cum PARTMANNO, lingv. Eind. p. 248, origo verbi quacri potest in splendore (cf. SMONIS ad rad. תְּהִרְתָּה), nam rad. תְּהִרְתָּה, ut scribendum erat pro תְּהִרְתָּה, neque in locis citatis neque alibi laevoris et splendoris potestatem habet). Ex. XVIII, 9 (sq. נְצָרָה rei). Iob. III, 6: תְּהִרְתָּה בְּנֵי אָז na gaudet illa nox inter dies anni; ubi singitur pulchra nox de se ipsa gaudere.

Pi. exhilaravit, e. acc. Ps. XXI, 7.

תְּהִרְתָּה f. gaudium, vc. chaldaizans. 1 Par. XVI, 27. Neh. VIII, 10.

תְּהִרְתָּה chald. id. Esr. VI, 16. In Targg. saepe. Syr. תְּהִרְתָּה, תְּהִרְתָּה id.

תְּהִרְתָּה (quem Deus exhilarabit) n. pr. viri 1 Par. V, 24.

תְּהִרְתָּה (quem Ichova exhilarabit) n. pr. duorum virorum a) 1 Par. XXIV, 20. b) XXVII, 30.

תְּהִרְתָּה emphat. תְּהִרְתָּה chald. pectus i. q. hebr. תְּהִרְתָּה. Ex. XXIX, 26 Targ. Syr. תְּהִרְתָּה id. Plur. תְּהִרְתָּה Dan. II, 32. Nomina membrorum plurali numero delectari constat, v. Gr. hebr. §. 106, 2.

תְּהִרְתָּה et תְּהִרְתָּה Ind. V, 7. 1 Sam. II, 5, fut. תְּהִרְתָּה, in pausa תְּהִרְתָּה Iob. X, 20, e. He parag. תְּהִרְתָּה XVI, 6, pl. תְּהִרְתָּה, in pausa תְּהִרְתָּה, conv. תְּהִרְתָּה Gen. II, 8. Ex. IX, 33.

a) cessavit, desitū (de origine v. infra). Constr. sq. gerundio Gen. XI, 8: תְּהִרְתָּה תְּהִרְתָּה et desierunt extrahere urbem. XLI, 49. 1 Sam. XII, 25. XXIII, 13. Ind. XX, 28 (opp. תְּהִרְתָּה perrexit). Ruth I, 18. Prov. XIX, 27. Jer. XLIV, 18, impers. Gen. XVIII, 11: תְּהִרְתָּה תְּהִרְתָּה שְׁלָמָה תְּהִרְתָּה, poët. sq. inf. mudo Jes. I, 16: תְּהִרְתָּה תְּהִרְתָּה destitute male agere, et nomine verbali Iob. III, 17: רָגְבָה תְּהִרְתָּה designunt tumultuari. Ubi absolute ponitur est a) cessavit (aliquid), esse desitū. Ex. IX, 34: תְּהִרְתָּה תְּהִרְתָּה cessavit pluvia et grandio. Comm. 29. 33. Jes. XXIV, 8, it. i. q. defecit (fehlen) Deut. XV, 11: אֶתְמָה אֶתְמָה non deficit pauper, nicht wird es an Armen fehlen. Ind. V, 7: תְּהִרְתָּה תְּהִרְתָּה deficiebant duces, es fehlte an Führern. Iob. XIV, 7: תְּהִרְתָּה אֶתְמָה propagines eius non deficient. Prov. X, 19. b) cessavit (a labore), otiatus est, seriatus est. 1 Sam. II, 5: תְּהִרְתָּה esurientes feriabantur, opp. strenue labrabunt. (SCHEIDUS ad Cant. Hisk. p. 57 esurientes

*carnosi sunt*, ex usu Arabum, de quo vide infra, quem tamen nolim hunc loco adlibere). Job, XIV, 6: לְבָבֶן עֵינָיו יַחֲזִק oculos averte ab eo, ut ferietur i. e. quiescat, aliquamdiu quiete fratur. Ind. V, 6: מִתְהַדְּרָן לְבָבֶן seribantur vias i. e. erant hominibus vacuae meta hostium (cf. Jes. XXIII, 8).

2) desistit ab (aliquo, ab aliqua re), a) sq. لَبَّا pers. i. q. missum fecit aliquem. (Opp. detinere, persequei eum). Exod. XIV, 12. Job. VII, 16: לְבָבֶן לְבָבֶן desiste a me, fac me missum, noli amplius me persequiri. 2 Paral. XXXV, 21: לְבָבֶן רְמָמָת לְבָבֶן desiste a Deo i. e. noli amplius ei adversari. Omissio لَبَّا Job. X, 20: pauci sunt dies mei לְבָבֶן desistat igitur (Deus a me exagitando). Ind. XV, 7: deinde desistam a Philistaeis exagitandis. Am. VII, 5. Jer. XLI, 8. b) missum fecit hominem (olim dilectum et amice habitum) i. q. deseruit. Job. IX, 14: missum me faciunt cognati mei. V. infra adj. لَبَّا no. 3. c) missum fecit rem (suscepit, prius sedulo tractatam), abiecit eam, etwas aufgeben, darauf Verzicht leisten. 1 Sam. IX, 5: מִתְהַדְּרָן לְבָבֶן לְבָבֶן לְבָבֶן ne desistat pater meus ab asinabus, ne eas missas faciat. Ind. IX, 9 sqq. Jes. II, 22: לְבָבֶן לְבָבֶן לְבָבֶן missus facie homines i. e. mittre vanum fiduciam in hominibus repositam. (لَبَّا post imp. redimbat, ut 2 Par. XXV, 16. XXXV, 21). Omissio لَبَّا Ps. XLIX, 9: לְבָבֶן לְבָבֶן desistit in aeternum (a consilio fratris redimendum). Comm. 8. — d) sq. لَبَّا ante inf. 1 Reg. XV, 21, inde cavit sibi ab aliqua re facienda Exod. XXIII, 5 (v. de hoc loco s. v. بְּבָבֶן).

3) misit, omisit aliquid facere, non fecit (etwas lassen, unterlassen), opp. fecit. 1 Reg. XXII, 6. 15: לְבָבֶן בְּאָה .... לְבָבֶן num camus .... an mittimus i. e. non eamus? gehen wir, oder lassen wir es? Ez. II, 5: בְּאָה לְבָבֶן בְּאָה sive audient, sive non audient. Comm. 7. III, 11. 27. Jer. XL, 4. Job. XVI, 6: si loquor .... לְבָבֶן et si non loquor. Zach. XI, 12. Sq. gerundio Num. IX, 13: מִתְהַדְּרָן תְּשַׁקְּפָה לְבָבֶן et qui omittit celebrare pascha. Dent. XXIII, 23. Ps. XXXVI, 4. Jer. LI, 30.

Not. Ind. IX, 9. 11. 13 ter legitur לְבָבֶן (num missum faciam?) mendose, ut videtur, pro לְבָבֶן (in Kal) vel לְבָבֶן (in Hiph., omissio He interrogativo), quod nonnulli eodd. exhibent (v. J. II. Mich.), quanquam conj. Hiphil praeterea nullum vestigium extat. Simile exemplum esse videtur לְבָבֶן (vastae, desertae) Ez. XXXVI, 35. 38, ubi expectes לְבָבֶן, et Segol ante (לְבָבֶן) in לְבָבֶן, לְבָבֶן (menses, mensibus), de quibus formis v. EWALD gramm. min. §. 127, 2 et vir doct. in Ephem. Jen. 1830 IV, 370: quorum neuter tamen satisfecit in explicanda vocali o in לְבָבֶן, בְּבָבֶן.

Primaria huius radicis significatio est pendulus, flaccidus, debilis fuit, quae potestas inest in syllaba לְבָבֶן (vide supra ad لְבָבֶן) et refertur ad remissionem operis. Respondet arab. حَدْنٌ „debilis, flaccidus fuit“ Gol. ex Maruphide, coll. V. laxus deorsum peperdit. De حَدْنٌ forte

dubitaveris, enm illius auctoris non satis certa fides, sed de Conj. VI ita Dschauharius: تَحْدَنَتْ رِجْلًا أَيْ ضَعْفًا ..... حَدْنَلُ مَلِكُ الْمُلْكَيْنَ ..... حَدْنَلُ مَلِكُ الْمُلْكَيْنَ i. e. قَوْنِيْجْ كَسْبَه Conj. VI. debili fuit pes, auctore Tscha: flacci pedes cum infirmitate manuum (quae usdem verbis habet Kannusp. 1135, sed omissa auctoritate poetæ), item اَحْدَنَ الْمَفْعُومَ i. e. قَنْ حَدْنَلْ senio fractus et debilitatus. Ad candem notionem

pertinet حَدْنَلْ mulier habens crura et brachia carmosa (pr. pendula), it. حَدْنَلْ quod quidem valet (v. Dschauhar. ap. Scheid. ad cant. Hisk. pag. 55, qui de hoc etymo doce disputavit p. 53 sqq.). Addit melit. hyyel torpuit, vigorem auisit. Translate apud Arabes est Conj. I. VII: derelictus, ope destitutus fuit (cf. supra 2, b). II. ope destituit. VI. destituerunt se invicem; حَدْنَلْ amicum destituens, حَدْنَلْ destitutus, v. quae laudant LETTE ad Ind. V, 6 in diss. Langd. p. 614, et SYPKENS ibid. p. 928. Addit, nam per frequens est hoc ve., Ispah. pag. 22. Abdul. Ann. I, 316. 384. 386. 464.

لְבָבֶן adj. verbale m. 1) desinens esse (v. rad. 1, a). Ps. XXXIX, 5: scire cupio לְבָבֶן לְבָבֶן quando desinam esse, quando moriar. Chald. אַבְּבָבֶן לְבָבֶן לְבָבֶן. 2) omittens aliquid facere, non faciens (v. rad. no. 3). Ez. III, 27. 3) intrans. destitutus ab amicis, i. q. arab. حَدْنَلْ (v. rad. no. 2, b, et supra de usu Arabum). Jes. LIII, 3: לְבָבֶן לְבָבֶן destitutus ab hominibus. (Syimm. θάλασσος ἀρδεῖον).

لְבָבֶן m. orcus Jes. XXXVIII, 11, vel utpote locus otii et quietis (cf. لَبَّا لَبَّا et rad. 1, b), vel i. q. mors, qua esse desinunt (v. لَبَّا no. 1), inde locus mortuorum, vel denique a prima significacione flaccidi et debilitatis locus flaccidorum i. e. manum (لَبَّا) v. Scheid. ad cant. Hisk. I. c.

لְבָבֶן (pro לְבָבֶן feriae Dei) n. pr. viri 2 Par. XXVIII, 12. —

لَبَّا rad. inuisit. i. q. pupugit v. c. ferro, حَدْنَلْ cui cognatae sunt حَدْنَلْ acidus fuit, de aceto, حَدْنَلْ acute vidit, inde حَدْنَلْ pupilla.

